DISPUTATIO JURIDICA, DE ADVOCATIS, QUAM ADVOCATORUM SUMMI BENIGNITER ADSPIRANTE GRATIA, ...

Johann Otto Tabor, Martin Hertzog, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS & CONSVLTISSIMIS,

DN. ADRIANO Steger/ J.V.

Cand. & Senatori Lipſiæ digniſſimo Spectatiſſimoque.

DN. JOHANNI JACOBO

Frid/ J. U. Cand. Liberæque h. ac Auguſtæ Sacri Romani jmperii Reip. Argentoratenſis â ſecretis deſideratiſſimo &c.

Et

DN. IOHANNI IACOBO

â Ryſſel/ J. U. Cand. digniſſimo ac ſuo olim Conſalino ſuaviſſimo &c.

Amicis & Fautoribus ſuis æternùm colendis ob beneficia fermè innumerabilia, proximè præterlapſis in annis ſibi exhibita atque benevolentia continuanda gratiâ

L. M. Q.

D. D. C.

Reſp. Autor.

Digitized by Google

Εὐπράττειν καὶ ὑγιαίνειν.

EXperientia, Optima rerum Fautores & Amici æter-
nùm obſervandi, ſufficiens profectò mortalibus omnibus te-
ſtimonium de Nobiliſſimâ juriſprudentiâ, quæ juſti atque in-
juſti ſcientia ab Auguſtiſſimo imperatore noſtro juſtiniano Inſtit. §. Beſold.
1. de juſt. & jure. definitur, quotidie perhibet, eam nim. non, niſi pio in
pectore, bonam; maleſana v. menti idem, quòd gladius in furioſi ma-
nibus, eſſe. Quæ verba, an veritatem, quæ cœterarum virtutum fun-
damentum exiſtere cenſetur, redoleant, in judicum Advocatorumve
perſonis, dum eheu! perquam pauci hac ætate quicquid Glorioſiſſi-
mus dictus imperator l. 1. pr. C. de Vet. j. Enucl. Triboniano, viro emi-
nentiſſimo, olim reſcripſit, aliqualem in conſiderationem trahunt,
quòd videlicet non noſtro ingenio confidendum, ſed ſpes omnis ad ſo-
lam ſummæ Trinitatis providentiam referenda ſit, obſervari ſanè ul-
lâ abſque difficultate poteſt. Agimur enim arcanâ quadam Fatorum Cic. &
lege, neque ſemper in nobis, ea quæ ratio ſuggerit, tanquam utiliora Iſaac Ca-
ac potiora eligere ac ſequi, ſitum eſt. Litigantes, ſi obiter conſidera- ſaub.
mus, à Chymiſtis haud multùm differunt. Quemadmodum enim hi
lapidem laborioſè, donec univerſa dilapidârint & ad incitas ſæpiſſi-
mè redacti fuerint, quærunt; ita & illi & ſe & opes ſuas, donec tri-
ſtiſſimum litis eventum experiantur, & præmium ſolenne, extremam
ſc. egeſtatem, ſentiant, conterunt. O utinam à ſingulis togatis mili-
tibus noctu non minùs, quàm interdiu fideliſſima graviſſimaq; Ma-
gni illius, deque Orthodoxâ Eccleſiæ religione optimè meriti Theolo-
gi, Ioh. Gerh. admonitio (in nullius hominis gratiam actionem ma- in medi-
lam ſuſcipere debes: Non enim homo iſte, ſed Deus, juſtiſſimus ju- tat. reg. 18.
dex, tuam aliquando vitam judicabit &c.) animitùs pervolutare-
tur, dubio procul longè ſeciùs, quàm plerumque exulcerato hocce ſe-
culo evenit, illi cum Iſocrate, ſuis temporibus ſapientiſſimo, ad Nicocl.
Regem exiſtimantes, nullum ſacrificium pulchrius, nullumq; Deorũ
cultum præſtantiorem eſſe, quàm ſi ſemetipſos viros optimos juſtiſſi-
moſque præſtiterint, ſe gererent; quandoquidem nihil evenire, neq;
excogitari pernicioſius, quàm innocentis damnatio & nocentis ex ad-
verſo abſolutio, poteſt. l. abſentem. 5. pr. ff. de pœn. Adhac longè gra-
viùs æternam, quàm temporalem offendere Maieſtatem eſt. Auth. 11.
Gazaros. C. de Hæret. & Manich. Quicunq; n. ſolus in pretio eſſe, rem
ſuam collocupletare, alios deprimere, ſolus favore valere, ſoluſque

¶ 2 præmia

68

Digitized by Google

Put.& Cic. *ſus judicatur. interim v. virum bonum virtus ſua indigitat. Et, ſicuti Laurus fulmen non timet, ita illæſa conſcientia, quæ ſatìs amplum virtuti theatrum, nullâ culpâ unquam palleſcit. Sola Virtus & viventi & mortuo ſtabilis & firma poſſeſſio eſt. Nec quicquam utile, quod non idem juſtum atque honeſtum ſit, conſiſtere poteſt. Quippe remp. quæſtui habere non modò turpe, ſed etiam ſceleratum eſt ac nefarium. Multi videntur, & non ſunt, multi non videntur, & ſunt. Vitia quidem, ut cum aliis Ant. Guev. vita aulica experientiſſimus, loquitur, erunt, donec homines. Nemo ſine vitiis. Vivendum tamen Deo, qui eſt Autor vitæ, vivendum conſcientiæ, quæ eſt vita vitæ, vivendum famæ, quæ vita poſt vitam eſt, ſicuti eandem in faciem Itali de Alciato literis non parùm glorioſis produnt: Virtute vixit, Memoriâ vivit, Gloria vivet. Intuta quippe ex Taciti, rerum Romanarum antiquiſſimi exquiſitiſſimiq; Scriptoris, ſententiâ ſunt, quæ indecora. Quia igitur omne tempus, quòd literis humanioribus non impenditur, periſſe putatur, juxtimque vivendum nobis ſit, juxta commune proverbium, ut quimus, quando, vt volumus, non licet, ne vitam hîc aliquando ſilentio transegiſſe videar, ſine labore namque nihil fau[illegible]m, ſine conſilio nihil tutum, ſine pietate nihil diuturnum, nobiliſſimam, & univerſis togatis, præſertim a. Cauſarum patronis (liceat mihi hîc quæſo Ioh. Gœdd. in D. de poſtul. θ. 10. & 11. effato uti,) candidiore lapillo ſignandam Advocatiæ materiam, ſolo favente Deo, ad cuius nutus cuncta non immeritò deſtinantur, non modò elaborare, verùm etiam vobis, Fautores & Amici æternùm obſervandi, quibus jamdudum religioſa quadam obſervantiâ & gratitudine devinctus fui, in ulterioris benivolentiæ promerendæ incitamentum debitè conſecrare volui, extra omnem dubitationis aleam, præmiſſa deprecatione humillima, ponens, Vos, pro ſingulari in ſtudia noſtra benignè propenſo adfectu, eam recepturos eſſe. Neque verbum addo, Fautores & Amici æternùm obſervandi, præter hoc unicum: optimè & ex aſſe valete, & gratia atque favore veſtro reſocillare jugiter perſeverate.*

Veſtrarum Amplit. & Clarit.

ſtudioſiſſimum

Dabantur Athen. Argent. ex meo Muſeo & volante calamo, ſuprà enarrato tempore.

Autorem.

Quod Deus ter-Optimus, ter-Maximus bene vertat!

PRAELOQVIUM.

ANimus equidem nobis fuit, materiam judiciorum, quorum approbatio & norma abundantiſſime ex multis SS. ſcripturæ locis hinc inde, *ut*: *Exod.* 18. *v.* 13. *& ſeqq.* C. 22. *Deut.* 1. *v.* 16, 17, 18. C. 17, 19. *&* 25. 2. *paralip.* 19. *v.* 6. *&* 7 *Ioh.* 7. *v.* 24. *&* 51. *Act.* 22. *&* C. 25. *aliisq; pluribus*, apparet, (D. Robert. Maranta *in proœm. n.* 21. *ſpeculi ſui aurei* aliàs judicium lapidem totius legalis doctrinæ angularem vocat, quòd illud ſummò ordine regi debeat,) judicumq; officiũ, quod revera latiſſimũ eſt: [cuncta n. judex rimari, & de omnibus inquirere *l.* 9. *C. de judic.* excutere. *l. ubicunq; ff. de interrogat. act.* partes litigantes audire. *l.* 17. *C. de judic. mut. cauſ. Nov.* 18. *c.* 8. *l. pen. C. de pedan. judic. Cujac. lib.* 9. *obſ.* 20. *prout, causâ cognitâ, res poſtulare videtur. l. negantes. C. de obligat. & act.* ſecundùm ll. & conſuetudines *pr. inſtit. de off. jud. l.* 13. *ex auth. hodie C. de judic. Nov.* 15. §. *pen. Nov.* 9. *&* 115. §. 1. *l. ult. C. ad. jul. L. repet.*] tenetur. Iudex, qui propter ſuſpectũ aſſeſſorem optimè recuſari poteſt, *c. ſtatutum.* §. *aſſeſſorem de reſcript. in* 6. & cujus autoritas ludibrio eſſe non debet. *l. ſi prætor. pr. ff. de jud.* officium ſuum quidem non imploranti imperti ri non debet. *l.* 4. §. *hoc autem judicium* 8. *ff. de dam. inf. l. fin. C. de fideicomm. libert*; ſi tamen publica vertatur utilitas, judex auctoritate juris officium ſuum nobile, proprio motu, nullâ etiam propoſitâ actione, & nemine petente, exercere, & ob conſcientiam lites dirimere poteſt. *Zaſ. l.* 1. *ff. de juriſdict. Eccleſ.* 4. *v.* 9. *& ſeqq.* Non rarò judex à ſuo officio repelli, ſuâque juriſdictione, ſi nimis reperiatur crudelis & ſeverus, privatur.

69

Digitized by Google

Cy. & Bald. in l. 2. §. dominorum. ff. h. t. Ideoque in judice intelligentia, magnanimitas, judicium & ſcientia juris requiruntur, Lev. 19. v. 15. & pſalm. 82. tum alteram, de Advocatis, cognatam, Forſtero eam in proceſſu ſuo judic. Cam. tit. 1. ſic appellante, conjungere: Ob prolixitatem verò dictamve claritatem ſententia non immeritò mutata, illudque Eccleſ. 7. v. 6: Laß dir nicht verlangē Richter zuſeyn: dann durch dein Vermögen wirſt du nicht alles Unrecht zu recht bringen / du möchteſt dich entſetzen für einem Gewaltigen / und das Recht mit Schanden fallen laſſen ꝛc. non parùm nos abſterruit: judex enim juſtitiam non faciens, inter animalia bruta numeratur, & nullus homo, vel, ſi ab executione incipit, quia ſecundum Magnif. B. Carpz. Def. effatum etiam ipſe Diabolus, antequam condemnetur, prius audiendus eſt, ſpoliare dicitur. Et taliter ſpoliatus à judice ante omnia reſtituendus eſt. c. conqueſtus de reſtit. ſpol. text. in l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. Ad hæc judex, per imprudentiam malè judicans, litem ſuam facit, & ex q. maleficio tenetur. l. ex maleficiis. §. ſi judex. ff. d. act. & obl. inſtit. pr. l. ſi filius fam. ff. d. judic. gl. dolo malo judicans, criminaliter puniri, & conveniri civiliter actione in factum ad intereſſe partis læſæ poteſt. interea judex jus & juſtitiam, quam Deo, non hominibus ſe adminiſtrare ſciat, ita incorruptus adminiſtret, ut nec præmiis, nec lacrumis ſontium, nec metu potentis adverſarii, nec ſanguinis ullo vinculo ſe vinci patiatur, memor illius: judex eâ ipſa horâ, quâ judicat de aliis, ipſe à Deo judicatur. Gl. im Sächſ. Landr. lib. 3. art. 30. Res ipſa jam nunc expoſtulat, ut, omiſſis vlterioribus ambagibus, cauſæ ſcopum ſtudiosè quæramus, cuiusque namque rei potiſſima pars principium eſt. l. 1. ff. d. orig. jur. & perſonas adminiculantes ſeu acceſſorias, Advocatos ſc. atque eorum qualitates, pro ratione temporis, ſecundum ordinem, qui naturaliter neceſſarius eſt, perſpiciamus. Et antequam id fiat, judicium ante omnia Viri clariſſimi & Doctiſſimi, Dn. D. Nicolai Vigelii in libello Baſileæ, Anno M. DC. LXXXIII. typis excuſo, quem inſcripſit, Richterbüchlein / quomodo videlicet artem garriendi execrat⁹ ſit, & præfatione exclamârit, lectu præmittamus: Zu unſern Zeiten hat ſolche Kunſt bey uns alſo uberhand genommen / daß es üm einen Juriſten numehr iſt / gleich

we

wie ihm einen Apotheker mit ſeinem Kram unter einem hauffen der Tyriacks⸗Krämer auff einer Dorff⸗Kirchmeſſe: dann/wann der nicht/ wie jene/ von ſeinem Kram ein groſſes Geſchrey machen kan/ wird er damit verlacht: Die groſſen Brillenreiſſer und Slangenfreſſer haben die beſte Loſung. Alſo achtet man auch zu dieſen unſern Zeiten die gröſſeſten Schwäzer und unverſchämte Streitköpffe für die beſten Juriſten/ bey welchen auch die alten Juriſten oder Rechtserfahrne/ auß welcher Büchern das Recht mehrentheils gezogen iſt/ſchamroth werden müſſen. Et paulò ante; Es pfleget auch gemeiniglich alſo zu gehen/daß wann jemand Oratorn für Rechtsgelehrte gebraucht/ die gröſſeſten Schwäzer/ Zungenſpringer und Streitköpffe für die beſten Juriſten gehaltẽ werden. Solche Geſellen wiſſen das Recht zu drehen/wie man es haben wil/wiſſen böſe Sachen zu verblümen und gut zumachen: Mögen kein gewiſſes Recht leiden/ziehẽ alles fürſäzlich in Zweiffel/diſputiren allezeit / ſind im ſchlieſſen ungewiß (Es kan jhrer einer mehr verwirren/ als jhrer zehen kaum ſchlieſſen mögen. A quorum verborum tenore non adeò multùm Megalandri illius Lutheri prolata diſcrepant,dum in diſcurſibus ſuis convivalib⁹ ſive menſalibus modo ſubſequenti ſermocinatus eſt:wenig Juriſten/viel procuratorn und Zungendreſcher. itẽ, Juriſterey und das Recht ſind gut/ aber der Juriſten practica taug nicht. Dann in allen Gerichten ſeynd zwey groſſe Hindernuſſe/ das erſte/ da einer recht hat/kans aber nicht beweiſen. Das ander iſt der Richter/der es exequirt und dem Rechte die folge thut/ da fehlt es alsdañ am meiſten. Das Recht ſteht jezt auff der Fauſt/daſſelbe gilt jezt/und iſt das Lateiniſche Wort(jus recht)umgekehrt in vis Gewalt oder Fauſtrecht/das iſt/ wer den andern übermag/der ſteckt jhn in Sack. jus recht/ curvum ſchlecht/ eines iſt war/ wie das andere. Darum ſoll ein jeder frommer Chriſt die Rechte wiſſen/ nur zur defenſion und Schuz/ daß er die böſen Tücke der Welt verſtehen und verhindern möge. *pag. mihi 515. & pag. ſeq.* die Juriſten ſollen nicht Rabulæ,Zungendreſcher noch procuratorn, ſondern Rechtsverſtändige / die da Rathsſchläge ſtellen und deß Rechten berichten/was recht iſt/ſeyn/nicht procuriren und vorm Gericht einem ſein Sache führen und Worte ſpeyen; fürnemlich aber ſollen nur Doct. oder Licentiaten, ſo da richten/ was im

Digitized by Google

Rechte gegründet iſt / Advocaten ſeyn. jt. der Juriſten Lehr iſt nichts/dann ein niſi/ das iſt/ohne das / oder außgenommen das/ niſi muß in allen Dingen ſeyn / ꝛc.

POSITIO.

I.

DEfinitionem nominis (Advocati) quod attinet, ante omnia nos ad notationem ſive Etymologiam attentos & curioſos eſſe oportet: juri enim operam daturum, ſecundum Ulpianũ, priùs noſſe decet, unde nomen juris deſcendat. *l. 1. pr. ff. de juſt. & jur.* ſic vera juris diſcendi, ut& alterius cuiusvis diſciplinæ ratio eſt, vt à Notatione & Etymologiâ rerum, quæ profectò rei propoſitæ vim aperit & non mediocriter illuſtrat. *l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* telum ordiamur. Derivantur ergo Advocati ab advocando, qui ſecundum Aſcon. Verrin. I. vel jus ſuggerunt, vel præſentiam ſuam amico commodant eiq; advocando præſunt Schutz- und Schirmherrn. Unde clientes non ſubditi efficiuntur, ſed dicuntur: Schirmverwandte. Olim ſiquidem moris fuit in judiciis, tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri poſſe judices, putârunt, ceu *eloquentia Rom. parens Cic. pro Quintio* disertè aſſerit. Hinc ab *Vlp. in l. 1. §. Advocatos. 11. ff. de extraord. cognit.* ſtatuitur, Advocatos accipiendos eſſe, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur, & liti patrocinantur. Alias teſtimonii ergo convocati vulgò Advocati dicti ſunt ii, qui in rem præſentem deducebantur, ut de vi, moribus faciendâ, teſtes eſſent. Idem *Cic. pro Cæcin.* Et permiſſum Romanæ plebi fuit, quem vellent, ex patriciis in patronum ſibi eligere, ut eo fortunarum ſuarum defenſore injuriam potentiorum propulſarent, ſuſcepto pro Clientibus à Patriciis patrocinio. *Cujac in π. C. d. Advoc. div. jud.*

II.

Vocabulum Advocatus generaliter & ſpecialiter uſurpatur.

Digitized by Google

tur. Generaliter accipitur pro iis, qui cauſſis agendis quoquomodo ac ſtudio præſunt, inque omni negotio gerendo Clientibus præſtò exiſtunt. *l. 1. §. 11. ff. d. var. & extraord. cogn.* ſub quâ qualitate demum etiam patroni & procuratores indiſtinctim communiter comprehenduntur, vt, cùm legimus, Advocationibus interdicere. *l. 8. ff. de poſtul. l. 9. ff. de pœn.* Advocationes poſtulare. *l. 23. §. 4. ff. ex quibus cauſis maior.* Advocationem ſuſpicere. *l. 9. ff. de off. præſid.* & omnis procurator hîc loci, imprimis tamen in Camerâ Imper. quoq; Advocatus eſt, & nō vice verſa. jmò procuratorum Cameræ jmperialis & in ſupremis illis principum Conſiſtoriis atque Parlamentis conditio pinguior & vberior eſt, grandiusque uber habet, quàm Advocatorum. *Gail. lib. 1. obſ. 43.* & certè Advocati & procuratores aliquando cauſarum patroni nuncupantur. *l. ſancimus C. de Adv. div. jud.*

III.

Specialiter a. quando vocē *advocati* accipimus, à procuratore maximè diſtinguitur, nō ſolùm ratione conſtitutionis; Advocatus quippe absq; Mandato ut plurimùm ad judicium, procurator v. ad alia quævis negotia cū Mandato tamen, conſtituitur & comparens absq; mandato punitur. *l. 40. §. 1. ff. de procurat Ioh. Zang, de Except. p. 2. c. 8. n. 2. & ſeq. Ord. proceſſ. jud. ſax. de anno 1622. tit. 7. verſ.* Wanns gleich vom Gegentheil nicht gefochten würde. *vid. Magnif. Ben. Carpz. p. 1. C. 1. Def. 26.* Ita Domini Scab. Lipſ. in causâ Andreæ Stültzen contra Martin Grimmern zu Freyberg Menſe Jun. Anno 1619. ſententiam tulerunt: daß die vom Anwald ohne Mandat eingebrachte Geſatze von den Acten zu removiren / und iſt Beklagter Klägern die Unkoſten dieſes termins auff richterliche Ermäſſigung zu erſtatten ſchuldig / der Anwald aber / weil er ohne Mandat verſetzet / in die der N. P. und G. Ord. einverleibte Straffe der 5. Thaler verfallen. V. R. W.

IV.

Sed etiam ratione officii; Quandoquidem Advocationis officium honorabile, nobile & laudabile eſt, & quidem adeò, vt & Servator noſter Jeſus Chriſtus ſemetipſum noſtrum Advocatum profiteatur, 1. *Ioh. 2. v. 1. & 2. vid. Vide Tiraq. de nobil.*

Digitized by Google

c.29. n.1. & ſeqq. l. laudabile. C. d. Adv. div. j. & Spiritui S. tale nomen attribuat, eum paracletum, i.e. (ceu præſtantiſſimis clariſſimisque donis ac virtutibus planè Heroicis, à Flamine illo Sacro decorati atque præſtantiſſimi Athletæ magnanimiq; Herois, B. Luth. marginalia ſonant,) einen Advocaten, Fürſprecher oder Beyſtand vor Gericht / der dem ſchuldigen mit Troſt und Stärcke Hülffe leiſtet / (Alſo thut der H. Geiſt auch uns im Gewiſſen vor GOttes Gerichte wieder die Sünde und deß Teufels anklage) Joh. 14. v. 16. appellans. Porrò Glorioſiſſimus Rom. Imp. Imperator Carolus V. eodem titulo vſus eſt *in Comitiis Aug. Vindel. Anno* 1548. dum ſe ſanctæ Eccleſiæ Advocatum Conciliorumque patronum nuncupat. R. A. *p. 2. pag. 3. l. 2. §.* damit denn ſolch ꝛc. & R. A. *p. 1. pag. 99. l. 5. 6.* & Archiduces Auſtriæ columnæ, Advocati & defenſores antiquæ Apoſtolicæ & Romanæ fidei ac religionis dici ſatagunt, ideoque omnibus ſuis conſiliariis, præſidibus, præfectis & propræfectis, quæſtoribus ac reliquis officiariis ſtatim in ingreſſu cuiuscunque officii per literas conductionis atque viciſſim locationis operæ reverſales ſeriò injungunt, illique viciſſim ſpondere coguntur, quòd huic adhærere, hanc tueri atque defendere velint. Id quod certè vetuſtum, dum antiqui Reges & Imperatores eos ſecuti ſunt, quemadmodum ad nauſeam in principis Chriſtiani *lib. 1. C. 12. circa fin.* legere licet. Antiquius ergo quò quid eſt, eo & dignius eſſe cenſetur. *arg. l. in teſtamento C. de teſtā.* Vetuſtati ſiquidē ſemper decor ſuus ineſt. *l. 1. §. 2. C. de rei vxor actiō.* procuratoris verò vile eſt offic. nō ob vilem officii exercitationem, ſed quòd viles ab eo non arceantur, ita, ut infames de jure Civ. procuratores eſſe poſſint. *Gail. lib. 1. obſ. 43. n. 5. text. in § fin. inſtit. de Except. Iaſ. plenè ib. n. 2 gl. in d. l. 1. §. ait prætor 2. in verb. certiu. ff. depoſitul. Bald. ibid. circa medium.* officium Advocationis vitæ humanæ non minùs neceſſarium eſſe, quàm ipſa armata militia, per text. elegantem, & à togatis albo lapillo notandum in *l. Advocati C. d. Adv. div. j. & in l. 1. & in l. laudabile C. de Adv. div. j.* Hoc jus Can. quod in Cam. Imperiali obſervatur, ſatis innuit, ibi namque ne vllus quidem in numerum procuratorum recipitur, niſi Doctor vel Licentiatus. *Gail. d. obſ. 43. n. 7.* Unde Advocationem reprobans maiorem defenſionis partem denegare videtur. Cacher. dec. 1. n. 13.

V. Dif-

Digitized by Google

V.

Differunt invicem reſpectu pœnarum; Nam procurator ex malâ adminiſtratione mandati tenetur. *l. 8 ff. mandati & l. 10. C. de procurat.* Advocatus v. de prævaricatione. *l. 1. C. de Advocat. div. judicum.* prævaricationis crimen & pœna oſtendi poſſunt *in tit. ff. de prævaricat.* quo cum loco *conſtitutio Caroli V. criminalis c. 115.* colludere q. videtur, tenor ipſius præſtò eſt: So ein procurator fürſätzlicher gefährlicher Weiſe ſeiner Parthey in Burger- und peinlichen Sachen zum Nachtheil / und dem Gegentheil zu gute handelte / und ſolcher Ubelthat uberführet würde / der ſol zuförderſt ſeinem Theile nach allen Vermögen ſeinen Schaden/ſo er ſolcher Sache halber empfähet / wieder erlegen und darzu am Pranger oder Halseiſen geſtellet/mit Ruthen außgehauen / deß Landes verwieſen/ oder ſonſt nach Gelegenheit der Mißhandlung in andere wege geſtraffet werden.

VI.

Tandem Advocati & procuratores eo in paſſu differunt, quod Advocatus, ſive ſit ordinarius, ſive extraordinarius, modò judici, ratione jurisdictionis, ſubjectus ſit, invitus de jure ad ſuſcipiendum patrocinium, idque ſub pœnâ privationis officii, quæ pœna non levis. *l. 8. ff. de pœn. l. providendum. §. 1. C. de poſtul.* niſi juſtas & legitimas excuſationis cauſas habeat, compelli poſſit. *tot. tit. ff. de mun. & hom. text. in l. pen. §. qui autem. ff. de vocat. & excuſat mun. Felin. in c. ſi pro debilitate. n. 9. de offic. deleg.* procurator verò non poteſt. *l. 17. C. de procurat.* Ratio diverſitatis eſt, quod officium Advocationis ex ſe & ſuâ natura publicum ſit & neceſſarium, ad quod quis invitus cogi poteſt. *Weſenb. in Comm. ff. de poſtul. n. 3.* procurator verò, quia cum ipſo contrahitur, contractus autem initio voluntatis ſunt, mandatum invitus ſuſcipere cogi nequit. *Gail. d. obſerv. n. 2. & 5.* Originem Advocationis, quæ pro patrocinio propriè accipitur. *l. jubemus. C. d. Adv. div. iud.* vel ab ipſo mundi initio haud abſurdè deducere licet. Ex ſacris namque paginis diſcimus, protinus, à jacto mundi fundamento & primâ rerum exiſtentia, in Paradyſo ſc. Advocationes defenſionesve cœpiſſe, inque uſu & exercitio hominis paſſim fuiſſe. Si accuſationem illam atque hinc

con-

Digitized by Google

conſecutam defenſionem purgationemq; protoplaſtorum, lapſus illius humano generi pernicioſiſſimi gratiâ, coram Deo ſemet excuſantium atque defendentium, paulisper conſideramus, quid fuit aliud, quòd Deus ipſe ter- Opt. Max. filium ſuum unigenitum tum promiſit in tempore ſe daturum, qui caput ſerpentis contriturus ſit, niſi, ut Advocatus ille noſter ac patronus foret, & nos ab accuſationibus antiqui illius ſerpentis defenderet atque tueretur. Sic patrem multorum credentium patriarcham Abrahamum Advocatũ & interceſſorem apud Deũ pro Sodomitis & Gomorrhæis ſacræ literæ, *Geneſ. c. 19. v. 22. & ſeqq.* inducunt. Similia exempla ſuppeditant nobis Moyſes & Aaron in qualitate Advocationis in Ægyptum miſſi *Exod. 3. & ſeqq.* Daniel in hiſtoriâ Suſannæ, Joachimi in Babylone Hebræorũ judicis conjugis, & Mardochæus pro populo ſuo apud Eſtheram Reginam intercedens. *Eſther c. 4. & 5.* plura omitto. Apud Romanos jam inde à Romulæis temporibus patronorum & Clientum inſtitutæ noſcuntur neceſſitudines. *Dionyſ. Halicarn. lib. 2. Buda. in l. Herennius ff. de evict. Bodin. de Rep. lib. 1. c. 7. plaut. in Men.*

VII.

Encomia, quibus Advocati gaudent, varia undique in jure noſtro extant: vocantur n. cauſarũ, quarum patrocinium ſuſceperunt, patroni. *l. 4. C. de poſtul. l. 1. pr. l. 5. l. 14. C. de Advocat.* Sicuti n. patroni libertos à miſeriâ ſervili, ita Advocati obnoxios poteſtati judicum à litis periculo liberant. *Vall. 4. eleg.* Cauſidici. *l. 6. C. de poſtul.* quòd cauſam dicant & perorent. *l. 9. l. 11. §. 1. in fin. l. 13. C. de Adv. div. iud.* Quibus ex fundamentis Oratores & Rhetores dicuntur. *l. 33. §. 1. C. de Epiſc. & Cler. l. 3. §. 9. C de Vet. iur. en.* & Togati. *l. 3. 5. 6. 8. 9. 11. §. 2. 15. pr. C. de Adv. div. iud.* jmò & Togæ appellatione ipſi Advocati, tanquam milites togati, veniunt. *l. 7. d. t.* quia honeſtus veſtitus, ut inferiùs dicetur, convenit *arg. l. 15. §. 15. d. iniuriis.* juſtitiæ Sacerdotes. *l. 1. pr. ff. de iuſt. & jur. plura vid. infra §. 13.*

VIII.

Definitionem quod concernit, Advocati propriè dicuntur, qui conſiliis principalem adjuvant, ſub competenti Salario. *l.*

Digitized by Google

rio.*l. properandum.*§.*pen.C. de iudic.Durand.Specul.in tit.de Diſſ.* *& alleg.Gail.lib.*1.*obſ.*44.*Mynſ.obſ.6. cent.* 3. quòd ſint Oratores, literis imbuti,*l.* 2. C. *de de poſtul.*Clientibus & deſiderantibus patrocinia præſtantes.*l.* 7. *de poſtul.* cauſas eorum agendo ſive ornando, idque apud judices. juriſperiti, *l.*11.§.1.C.*de Advoc. div.* j. Qui in judicio pro aliis poſtulant.*l.*1.§.2.*ff.de poſt.l.quiſquis.C.de Advoc. div. iud.* Qui patrocinium deſiderantibus præſtant. *l.* 2. C.*de poſtul.l.*7.*&* 8.*eod.tit.* Qui negotium ſuſceptant tuendum. *l.* 5.C. *de poſtul.* Qui ambigua cauſarum fata dirimunt.*l.* 14. C. *eod.* Deliberanda & conſideranda ergo tria ante omnia Advocato ſunt: 1. ſitne accipienda cauſa, an non. 2. ut ſuſceptam cauſam bene perdiſcat. 3. ut ad agendum accedat. *Ant. Maſſ. de exercit. juriſperit.* i.e. ut de facto propoſito bene, rectè, verè & ſufficienter ſit edoctus. Ut circũſtantias cauſæ ſive facti omnes & ſingulas, etiam minimas præcognitas ritè habeat. Ut de probationibus ſibi plenè conſtet, & tandem, ut de ambigendi decidendique ratione ſecum deliberet, & ita ſtatum cauſæ ſive controverſiæ ipſius verum ac genuinum inquirat.

IX.

Dd. communiter diviſione ſubſequenti utuntur, quòd Advocatorum alii privatorum, alii cauſas publicas agant. Iſti vulgares, hi Advocati Fiſci nominantur. Vulgares ſunt vel ſtatuti, quorum nim. nomina in matricula ſive Albo Advocatorum ſcripta ſunt *l.*13.*C.de Adv.div.* j. ſive, qui in collegiũ & conſortiũ Advocatorum adſciti.*l.*12.*d. t.* vel ſupernumerarii. Antea n. illorum certus numerus, quem excedere minimè licebat, ut & certus ordo, qui permutationibus turbari non debuit, quemadmodum undique *ex ll. C. de Adv.div.* j. *&* 2. abundantiſſimè videre eſt. Porrò certo foro inſervire ſolebant. *l.*4. *&* 11. §. *ult.l.* 13.*C.de Adv.div.*j. ita in foro præfecti prætorio collegium Advocatorum 150. membris conſtitit.*l.*8.*l.*11.*pr.&* §.*ult.l.*2.*l.* 17.*pr.* C. *de Adv. div.*j. jn foro præfecturæ urbicariæ Advocatorum 80. erant.*l.*7.*pr.C.de Adv.div. judicum.* In foro Alexandriæ in Ægypto 50. extabant. *l.* 13. C.*de Adv. div. iudicior.* jn foro Comitis Orientis 40.*l.*3.*pr.C.de Adv.div.judicum.* jn foro præſidis provinciæ Syriacæ ſecundæ 30, *l.* 5.*pr.C.d.t.* Sic ex ordine Cameræ Spi-

B renſis

Digitized by Google

renſis *p.* 1. *tit.* 18.24.ex more eligi ſolent procuratores. Quamvis in Receſſu jmperiali *de anno* 70. §. 20. wie auch leichtſam ꝛc. ſex ſupra hos dictos ultimos eligere permiſſum ſit.

X.

Fiſc. Advocati ſunt, qui cauſam fiſci agunt. *l.* 1. C. *de Adv. Fiſc.* ſive qui eius nomine agunt. *l.* 3. C. *eod.* Vocantur aliàs patroni fiſci. *l.* 8. 10 12. C. *de Adv. div. judicior.* patroni ærarii. *l.* 8. C. *de Adv. div* j. Ut ergo ſtatuti Advocati ſingula fora habent, ſic quoque ſingula fora habent ſingulos fiſci Advocatos, id quod patet *ex ll* C. *d. Adv. div.* j. *&* *div* j. Munus ſeu officium, quod arduum, & inter res arduas difficiles atque periculoſas haud immeritò connumeratur. *And. Tiraq. de retract. lign.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 267. In hoc conſiſtit, ut fiſci cauſam agant, neque commoda fiſcalia occultent. *l.* 3. C. *de Adv. Fiſci*, ne fiſci nomine privatos calumniis vexent. *d. l.* 3. *&* 1. C. *de lucris Advoc.* jmò, ne patrocinia præſtent contra ipſum fiſcum. *l.* 1. C. *de Adv. Fiſci*, niſi in ſua, liberorum, parentum & pupillorum causâ. *l. pen. pr. ff. de poſtul.* Quæ privilegia & ſalaria his competant, inferiùs demonſtrabitur.

XI.

Requiſita in Advocatis ſunt 1. juris ſcientia, *l.* 11. §. 1. C. *de Adv. div. judicior. gl. in l.* 2. C. *de poſtul. Decius in c. ſi ſcripturam. n.* 69. *de fid. jnſtr. Damhoud in pr. civ. c.* 124. *n.* 27. ut patrocinia deſiderantibus & requirentibus præſtare poſſint, & quidem candidè. *l.* 2. *de poſtul. Weſenb. in pr. Tit. de Adv. div. judicior. n.* 7. publicum ergo eruditionis ſuæ teſtimonium habere debent. Churf. Sächſ. P. und G. Ord. *tit.* 3. §. beſonders aber ꝛc. Torg. Außſchr. *tit. de Adv. & procurat.* §. gebieten darauff ꝛc. *Dn. Chriſtoph.* Richter. *j. V. D. & Acad. Salanæ prof. publ. Diſp. ad Auth. hab.* C. *ne filius pro patr.* 2. *th.* 35. *l.* 1 §. 4. *v. Advocatos. ff. de extraord. cognit. l. leges* 9. C. *de LL.* Ac proinde iſti Rabulæ, qui ne prima quidem ſcientiæ elementa vel legum cunabula labiis ſuis unquam deguſtârunt, à practicorum Anteſignano, *Gail. in Tr. de Areſt. c.* 9. *n.* 17. Gerichts. Plauderer/ die faſt alle Verſchreibungen ſtreitig zu machen wiſſen/ nō iniq; nuncupantur: pro JCtis n. legulej, pro

politi-

politicis nebulones, & pro Oratoribus procuratores exiſtunt, viri extra omnẽ dubitationis aleam improbi, vitiligatores, qui fucis dicendi & orationi involutis coloribus ad mala ſuadenda inſtructi, quæ non decet, eloquuntur, mentes puras turbãt & impoſturis decipiunt, ſicque verè peſtes reip. pernicioſiſſimæ populique adulatores non ſolùm exiſtunt, ſed etiam nobiliſſimas quaſdam provincias, plerasque urbes ac civitates jamdudum occupârunt. *Heig. part. 2. q. 7. n.* 1. jdeoque vivis coloribus *à Pet. Greg. Tholoſ.* depinguntur, quando fatur: iſtæ cicadæ judici officiunt, nihil enim præter verba, quæſtus tantùm gratiâ, blaterant & grunniunt, veritatem obſcurant, tempus judicandis litibus decretum, battologiâ inutiliter terunt, falſa pro veris, à patre mendaciorum ſic edocti, evomunt, lites protelant & penè æternas faciunt, litigantes decipiunt ac conficiunt, fucisque & inanibus verbis judicium protrahunt, quæ res in civitatibus omnibus & ſingulis maximè pernicioſa eſt: diſcordiam quippe civium, ſimultates & odia parit, juxta illud à non ignoto dictum: Lites ubi multæ & injuriæ multæ, ubi ſunt, cives inter ſe amici non ſunt. O utinam ergo conſilio *Ioh. Althuſ. in pol. c. 24. prope finem* ſaluberrimo locus daretur, quando fideliter ſuadet, quòd iſtud macilentum & avarum hominũ genus in rep. non ferri, vel certè, ut ignavum fucorum pecus à præſepibus apum ex foro coercendo arceri debeat, ſiquidem hominum conſcientias pervertant, & judiciorum ſanctitatem in cautelas & technas atque perjuria commutent ſecundum Plat. dictum, *lib.* 11. *de LL.* Aſt Mundus vult decipi: Nam, quò quis loquacior, eò pro dolor! malitioſo hoc ſeculo ſapientior habetur: quò impudentior, eò doctior: jmò, quò quis pejor Sycophãta, eò melior ICtus æſtimatur, vt penè cum *Vigelio* dicere auſim, ſi veteres JCti reverſi, eam in reſpondendo modeſtiam, brevitatem ac ſimplicitatem ſervarent, quam eos ſuis temporibus ſervâſſe ex Pandectis conſtat, Eos ludibrio ſe ſe noſtris hominibus expoſituros eſſe: adeò nil placet, niſi amplum, captioſum & intricatum, hocque ſolùm deprædicamus, quod non intelligimus; inde fit, ut JCti, qui aliqua in auctoritate haberi volunt, eloquentiæ magis, quàm jurisprudentiæ operam

74 Digitized by Google

dent, nemo JCtus probetur, qui non idem ſit orator. Vtique, nummus ubi loquitur, Tullius ipſe tacet.

XII.

2. Facundia ſive eloquentia. *l.7.pr. C. de Adv. div. jud.* Admittendi ſiquidem ſunt honeſti, taciturni, probi docti, veritatis ſtudioſi, (mentiri ſiquidem boni viri non eſt, *Cic.3. off.*) humani, (qui namque auſterum, durum, inaffabilem, inacceſſibilem, nullarumq; horarum hominem clientulo ſuo ſe exhibet, is profectò afflicto afflictionem addit, quo facto nihil crudelius, nihil magis impium atque execrandum. *Proſp. Farin. conſ. crim. 27. n. 6. dicit,* econtra nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & humanitate eſt. *Cic. 1. off.* Affectus ergo Advocati, ne irâ, odio, avaritia, gratiâ, metu, aut ſimili affectu, contrà quam fas aut jus eſt, quid comittant, neve vel linguæ, vel calami lubrico labantur aut peccent, quo vel ſe vel Clientes ſuos in calamitates inducant, cohibere diſcant,) integri ac legitimi viri, welche nemlich rechter ehrlicher Geburt ſind/rerum experientia edocti, examinati & jurati jurium Dd. aut Licentiati, non Ludimagiſtri, opifices & ejusdem farinæ homines ſuis cum brodiis, dicere debebam productis jndocti n. ſub nomine & titulo Advocatorum non cōprehenduntur. *Roll. à Vall. conſil. 36. n. 7. vol. 3. Zaſ. conſ. 76. n. 7. Abbas in Rubr. extra eod.* ſed indocti, clamoſi, rixoſi & rabioſi, qui ut plurimùm titulo Aſinorum auritorum gaudent, potiùs removentur, *Rutg. Ruland. de commiſſ. part. 1. lib. 1. c. 13. n. 5. Fr. Viv. dec. 190. n. 46.* jnterim de bonis hic nil, niſi bene. Veſtitus ſit toga è colore nigro: Vt n. is variari nequit; ita mentem Advocati immutabilem atq; polipo abſimilem, i. e. invariabilem circa lites tractandas eſſe oportet. *Ioh. Bapt. Magon. de patr. rat. cap. 3. n. 51. pier. Valer. in hieroglyph. lib. 12. de columb. Luc. de penn. in l. 4. C. de veſt. holoſer. lib. 11.* Debet enim Advocatus eſſe vir gravis & auctoritate pollens, & inde cavere, ne levitatis, quæ plerumque ex veſtibus dijudicari ſolet, argui poſſit, juxta illud tritum, avem ex pennis, & virum ex veſtibus cognoſci. Et talis quisque, qualem veſtes indicant & demonſtrant, eſſe præſumitur. Nequaquam quippe negari poteſt, quin mores, inceſſus & habitus ſe invicem concomitentur. *c. ut Clerici, de vit. & honeſti cler.* Tria, ſanè præcipua

Digitized by Google

pua in Advocato ornamenta deſiderantur: 1. honeſtus induendi habitus eine zierliche ehrliche Kleidung. *vid. ord. Cam. jmp. p. 1. tit.* 8. Von Kleidung und andern Wandel der Beyſitzer ꝛc. 2. congrua dicendi oratio. 3. fidelis, & conſilii & patrocinii præſtatio. Requiſita & Qualitates verſus ſubſequentes prolixiùs continebunt:

Fortè patrocinium ſi quis præſtare Clienti
ſuſcipit, & dubio cauſam agitare foro.
1. Conjugio natus ſit honeſto: 2. atque indole præſtans
ingenioque bono. 3. memorisque animi.
4. Integra fama virum maneat: 5. pietate celebris
audiat: 6. Humanus: 7. ſit moderatus jtem.
8. Sectator veri. 9. partique fidelis: 10. & ætas
non grandæva nimis, nec minor illa nimis.
11. JurisConſultus: 12. promptus: 13. rerumque peritus,
atque fori gnarus experiensque ſiet.

In ſummâ, Advocatus ſit temperans in victu, modeſtus in amictu, æquus in exigendo ſalario, & animi moderati atque ſedati in præſtando patrocinio.

XIII.

Exinde legitimis Advocatis talia attribuuntur epitheta, dum diſertiſſimi *l. 13 pr. l. 14. C. de Adv. div. judicior. l. 5. C. de Advocat. div. judicum. & l. ult. d. t.* Clariſſima eloquentiæ Lumina *l. 6. d. t.* Facundiæ ſtudiis eruditi. *l. 7. d. t.* quòd cauſas orent ſervato ordine, neque diutius perorent, quàm par ſit, id quod innuit. *l. 6. §. 4. C. de poſtul.* ut aliorum quoque deſideria audiri & percipi poſſint, quod judici imprimis curæ eſſe debet. *l. 9. §. 4. de off. proconſ. l. 1. §. ff. de poſtul. Divi Valentin. Valens & Gratianus.* Nobiliſſimos etiam appellitant. *l. 7. C. de poſtul.*

XIV.

3. Stylum curiæ, qui in cauſis tractandis pro lege habendus. *l. fin. in fin. C. de injur. Weſenb. in ff. de* 11. *n.* 9. non immutare, & ante omnia in primordio litis circa libelli formationem attenti & circumſpecti eſſe debent, ut congruum, apertum, convenientem, rectèque concludentem libellum proponant vel offerant, eique veram actionis cauſam inſerant, quò & judici & Adverſario de ejus jure ſtatim liqueat, alioquin ex

 officio

Digitized by Google

officio repellendi & in judicio non ferendi ſunt. Ad hæc eos in conſilio cautos, in patrocinio fideles & in judicio juſtos eſſe decet. *Spec. tit. de Adv. §. ult. col. 2.* minima namque facti mutatio multum momenti habet; ergo factum imprimis diligenter reſciſcant à collitigaturis. *Magon. depatr. rat. c. 7. n. 31.* rationemque & factum leni, & non tumultuosâ voce proponant. *c. duodecim. in fin. 5. q. 4.* ac falſas leges aut Doctorum apoſtillas non allegent, quoniam pœnam falſi incidunt, *Bald. in l. ſi quis 33. ff. ad L. Corn. de falſ.*

XV.

4. Et quamvis magno proh dolor! Chriſtianæ Reip. cum detrimento receptiſſimū apud omnes ſit, licere Advocato bonam cauſam falſis rationibus tueri, & fraudem fraude trudere; Jura tamen agere eos jubent, quod rei negotium deſiderat, & temperare ſibi, bona etiā in causâ, ab omni injuria, h. e. ab omnib. convitiis & cavillationibus, tum erga alterius partis Advocatum, *Specul. in tit. de Advoc. §. jam nūc dicam. pr.* tum quoq; erga ipſum judicem, (cuius perſona omnigeno honore, ipsâ Sacrâ paginâ demōſtrante, reverēter afficienda eſt,). Sint ergò memores elegantiâ pleniſſimorum verborum, quæ ipſis *lex. 6 §. 1. C. de poſtul.* dictitat. Churſ. Sächſ. N. P. und G. O. *tit. 3. p. 8.* §. Ihnen auch hiermit inſonderheit ernſtlich ꝛc. Churſ. Pfaltz Hofgerichtsord. *tit. 6.* §. Es ſollen auch / 8. *Denaiſ. jur. Cam. tit. 233. n. 14. Ordin. Cam. part. 1. tit. 23. §. 1. Speckh. cent. 2. cl. 4. q. 40. n. 1. & 2. Gœd. vol. 3. conſ. 32. n. 289. l. moris. 9. C. de pœn. Tib. Decian. Reſp. 17. n. 19. vol. 1. Treut. vol. 1. Diſp. 8. θ. 3. lit. A.* Cui hac in parte *Mynſ. cent. 3. obſ. 6. Weſenb. in π. C. de Adv. div. j. n. 2. in fin. Alciat. conſil. 6. lib. 7. n. 3. Hippol. de Marſil. ſingul. 177.* maximopere contrariantur, quando expreſsè ſtatuunt, Advocatum fallaciis bonâ in causâ omnino uti poſſe; Sententia tamen negativa ſemet nobis luculenter & ultrò q. probat, per *l. ult. C. de poſtul. l. 1. 11. C. de Adv. div. judicior. Bachov. in not. ad Treut. vol. 1. Diſp. 8 θ 3. lit. A. in fin.* Nec enim quis de victoria magis, quam de veritate ſollicitus eſſe debet, Quanquam dolo bono Advocato uti licere, *vir ampliſs. & conſultiſſ. Dn. D. Struve in exercitat. 5. θ. 16.* denuò conſtituat.

XVI. Li-

XVI.

5. Litem ex induſtriâ non protrahant.*d.l.6.*§.4.C.*de poſtul.* Quandoquidem, ſi procurator Cameræ cauſam protelat, puniri poteſt, duabus libris auri. *Caſp. Guilielm. Scipio. lib.* 4. *deciſ.* 110. *Menoch. lib.* 2. *art. caſ.* 522. ſed fideliter, prudenter ac ſtudioſè cauſam clientis agant, eorumque Advocatorum veſtigia, qui abſque conſpicillis ſcripturas inveſtigari nequeunt, quiq; quærunt & inquirunt, unde tantũ lucri capiant, niſi decipiant, lites procraſtinent, literas obliterent, ſigilla ſugillent, cane pejus & angue fugiant: ſunt etenim ipſius Diaboli mancipia, quæ lites ſaltem alunt, ut marſupia ſua farciant, & litigaturientes denudent, putantes, hoc niſi ſi liceat, ſo möchte der T. ein Juriſte ſeyn. De lev. culpâ non tenentur. *l.* 14. §. 1. C. *de judic.* Aliud propterea juriſprudentia, aliud ars rabularia eſt.

XVII.

6. Patrocinium deſperatæ cauſæ non ſuſcipiant. *l.* 14. §. 1. C. *jam d. t.* (Jmperator quippe eos prærogando non ad iniquas lites tuendas accendit, ſed ad juſtas enixis viribus ſuſtinendas adhortatur. *l. Advocati.* 14. C. *de Adv. div. judicior. Ioh. Ordelaph. ad l. fin. n.* 94. *de R. V.* nec Advocato convenit liti patrocinari, de cujus juſtitiâ bonoque exitu optima ſibi non perſuaſit. *Weſenb. conſ.* 22. *n.* 23. quod ſi fecerint, Veris JCtis & Sacerdotibus juſtitię meritò annumerantur: ſin minùs, gaudent ejuſmodi titulis, quibus vituli, lucroſi & ſaginantis eloquentiæ Advocati, qui lites malas meliores, & bonas pejores reddere ſatagunt, nec ullam obligationem tam firmiter, ut ſupra dictum fuit, ſcriptam ſentiunt & conſentiunt, quin infirmari poſſit, das ſind Juriſten-Poſſen und Stücke. Honeſtiores, contrarium ſtatuentes & practicantes, ſimpliciſtas vocant, cum tamen ipſimet impoſtores & prævaricatores exiſtant,) aliàs enormiter impingunt, damnumque reſarcire tenentur, *Matth. Cuno de pact. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 15. Nec excuſantur, ſi non ad finiendum, ſed aut ad differendum, aut ad concordandum, ſive pacta aliqua ineunda hoc faciunt, quoniã hæc omnia conſtat eſſe iniqua: *Caietan. in ſumm. de peccat. pag. mihi* 23. jmpius ſiquidem, quem diſcordiæ, quem

cædes

Digitized by Google

cædes civium, quem bellum civile delectat, ex numero hominum ejiciendus & finibus humanæ naturæ exterminandus eſt. *Cic.philip.* 13. Remedium ergo contra malitiam Advocatorum publicum eſt, ut ſc. examinentur & jurent, antequam hoc munus profiteantur. *l. nemini.*11. *C.de Adv.div. judicior.* ac inter alia neceſſaria juramentum præſtent, quòd omni ope verum & juſtum procurare, &, ubi cognoverint cauſæ injuſtitiam, eam ſtatim deſerere velint. *l.rem non novam* 12. §. *patroni. C.de jud.l.2. poſt pr. C.de jur.jur propter calumn. dando.* Cæterum hodie juramentum ſemel tantũ in Camerâ præſtant, & ferè paſſim in Germaniâ, non in ſingulis litibus, ſed cum deſignantur, in univerſum & ad poſtulandi officium recipiuntur. *Ord.Cam.part.*1.*tit.* 62. *&* 64. Unde quoque cordati judices inſignibus furibus, aut latronibus publicis patrocinari, pati non debent. *Magnif. Dn. Ben. Carpz. Ictus incomparabilis. p.* 3. *pract.crim.quæſt.*115. *nu.*35. plures, & quidem non abſimiles quæſtiones legere licet apud Virum Excell. *Dn.D.Hahn. in obſerv.Theor.pract.in Weſenb.Comment. lib.*3. *tit.*1.*n.*6.*in fin.*

XVIII.

7. Ne paciſcantur cum Clientibus de quotâ *litis.l.*3.5.*C.de poſtul.l.*1.§.12.*ff.de extraord.cognit. l.*9.§. 2. *de off. proconſ.l.*53.*ff. de pact. Schneidvv.* §.*fin.inſt.de Mandat.n.*7.*Ord.Cam. imper. p.*1. *tit.* 46. von Beſoldung der *Adv.* und *proc.* Advocatus enim, de quotâ litis paciſcens, à profeſſione removendus. *arg. l.*5.*C.de poſtul Donell.lib.*18.*Comm. c.* 3. *Farinac. de var. & div.crim.quæſt.* 106. *n.*2.19. & ad duplum vel quadruplum, vel pœnâ falſi pro ratione circumſtantiarum, tenetur. Pacta tamen licita in arduis cauſis admittuntur. *l.* 23. *ff. de pactis.Specul. lib.* 1.*part.*4.*de Salar.n.*1.*&* 3. & ratione victoriæ. *l* 1.§.*ſi cui v.litis.*5.*ff.de var.& extraord.cognit.Andr.Gail.lib.*1.*obſ.*4. *n.*1.*&ſeqq.Farin.quæſt.*106. *prax.crim. tit. de var. & diverſ. crim.* item de Salario modico paciſci poſſunt. *l.*1.§.12 *de var.&extraord.cognit.Dn.Marc.Freher de exiſtim.lib.*3.*c.*13.*n.*2.*Franc.Marc.deciſ.*19.*n.*2. *p.*1.*& dec.*479.*n.* 3.*p.*2.*l.*3.5.*C.de poſtul.* Nec quamvis cauſam etiam ſordidã, injuſtam, vulneratam, nefandam, impiam, ſcabieque depravatam aſſumãt, cujus ſint emunctores nummorum, veluti dehortatur

Durus

Digitized by Google

Durus de poſcol.in aul. polit. reg. 338. & non iniquè Joh.Barclai. conqueritur, h. m: Nullæ lites, nulla in judicium vocata flagitia,quæ non patronum inveniant , modò ſit advocationi pretium,cui, tanquam omnis patriæ charitatem vincenti, obſequiū nunquam deeſt: jmprobū etenim eſt, propter vtilitatis magnitudinem honeſtatem relinquere. *Cic.* 3. *off.* jdem Barclai. *icon. Anim.c.* 15. *p.* 333. *& ſeqq.* de patronis cauſarum ineleganter nequaquam diſſerit; Benevolum ergo lectorem, prolixitatis evitandæ gratiâ, hàc vice amicè eò remitto.Nec in allegando tẽperamenti obliviſcatur,quia non modò allegationum accumulatio nauſeam facit judici,Acta perlegenti, ſed & proceſſum protrahit & ſtultitiam Advocati prodit. *Sim. de prat. in proœm.tr. de ult.vol interpr.n.* 22. pro aliquo vulgato dicto ſeu pro aliquâ communi reg.ſufficit tunc ſolam, & quidem vnam atque alteram legem, unumque vel alterum jnterpretem probantem allegare. *Ripa in l.*4.§. *Cato.n.* 7. *de verb.oblig.* Facti ſpeciem cum omnibus circumſtantiis proponat, eoq; imprimìs intendat, ut actionem ritè inſtituat , cogitet, quænam actio proponenda, quænam actionis ſint requiſita, & quomodo verificari poſſint. *Keller.lib.*2.*de off.jur. pol.c.*25. *Mynſ.cent.* 5. *obſ.* 88. *n.* 6.id quod ſervatur in curiis Galliæ, ubi Advocatis jura nimiùm allegantibus dicunt: venite ad factum,Curia ſatìs jura intelligit.Hanc ob cauſam à Sereniſſ. Elect. Saxon.Divo Auguſto in ſuarum *Conſt.*1.expreſſiſſimè proviſum & cautum eſt, quò omnis prolixitas eò faciliùs evitetur, nempe vt vivâ voce ſingulis in regionum ſuarum judiciis litigatores proponant,mutuiſque dictandi vicibus ternis repetitis judicis cognitioni ſe ſubmittant,daß ſie vom Mund auß in die Feder verfahren / und mit dreyen abgewechſelten Geſätzen zum Urtheil beſchlüſſen.jnter alia danda Advocatis opera,ne multa puncta in cauſis incipiant & miſceant, earum enim varietas & procuratorem in receſſibus,& referentem tricis implicat. Fitque ſæpiùs, ut in uno puncto procedatur,alterum verò negligatur.

XIX.

8. Non ſit prævaricator, i. e. cum adversâ parte colluſor,ſed bonâ fide cauſam Clientis agat;Nam Advocatus prævarica-

Digitized by Google

ricator extra ordinem punitur. *l.1.§.vlt.l.3.ff.de prævar.l.1. C.de Adv.div judicior. Magnif. Dn. Carpz.3. Reſp. Elect.* 4. *Ord. Cam. jmp. p.1.tit.64.ibi*; auch Heimligkeit vnd Behelff / ſo ſie von den Partheyen erfahren &c. *it. p. 3. tit.* 53. §.ob ſich aber &c. Si verò cauſam nondum ſuſcepit, aliquando, ſi malitia abſfuerit, alteri operam ſuam addicere poterit. *Schotan. Diſp.* 17.*θ*.8. Ubi tamen hæc cautela notanda venit, vt cũ Magiſtratus præſcitu id fiat. Ampl. & conſ. *Dn. D. Struv. in Exercit.* 5.*θ*.8. Neque etiam Clienti ſuo cauſæ victoriam temerè promittat. *Spec. tit. de Adv. nunc tractamus. verſ. caveat.* Quia dubius eſt litis eventus. *l. quod debetur. ff. de peeul.* nec victoria in Advocato eſt, ſed in judice. *l. 1. ff. de abolition.* nec ſemper laborem effectus ſequitur. *cap. niſi cum.§. quippe de renunc.* nec debet quis ſe certum aſſerere, vbi certus eſſe non poteſt. *c. cum contingat. de reſcript.* Nam ſecundum Ovid::

Non eſt in Medico ſemper relevetur ut æger:
Interdum doctâ plus valet arte malum.

XX.

Annumerari ordini Advocatorum nequeunt I. Minor 17. annis. *l.1.ff.de poſtul.* 1.*j.pr.ff. de minor.* 25. *annor.* 2. Surdus, qui hoc vitio continuò laborat. *d.l.1.§.* 3. rationem ipſa lex adjicit. Surdaſter tamen, qui & tutorem agit, *l.pen. & vlt.ff. de leg. fuit.* advocationem præbere poteſt. *Treutl. vol.* 1. *Diſp.8.θ.1.lit.F.* 3. Cœcus, & quidem utrisque luminibus orbatus. *d. l.1. §.1.* quia inſignia Magiſtratus neque videre , neque revereri poteſt. 4. Muliebria paſſus, quatenus non vi factum ſit. *d.l.1.§.6.* 5. Capitali crimine damnatus. §. *eod.* 6. Mulier hocce munus nunquam obire poteſt. *l.1.§.5. ff. de poſtul.* quoniam officium virile eſt. *l. 12.ff. de judic. l. 2. de R. j.* & mulieres â viris defendi debent, non contra. *l. 2. de injur.* quamvis autem nonnulli inveniantur, qui Reginam Eſtheram huius privilegii participem reddere audent, tamen ipſius auſus nequaquam cum advocatione comparanda, ſed potiũs verè & propriè interceſſio nuncupanda eſt.. Hoc quippe nequaquam verecundia mulierum admittet. Teſtimonium de hac re nobis luculentum perhibet impudentia Carſaniæ, quæ inverecundè poſtulavit atque Magiſtratum inquietavit, vt verba legis habent. 7. Hæreticus. *l.vlt. C.de poſtul.l.15.C. de Epiſc. audient.* 8. Nemo ea in causâ Advocatus,

Digitized by Google

catus eſſe debet, in quâ judex eſt. *l. 6. pr. C. d. t. Arg. l. 17. de jurid.*

XXI.

Infames Advocati eſſe non poſſunt. *l. §. 5. ff. de poſtul.* quandoquidem ipſorum officium laudabile, nobile & honorabile eſt. *l. 7. C. de poſtul.* qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem vitam & poſteros defenbunt. *l. Advocati.* 14. *C. de Adv. div. judicior. Magnif. Dn. Ben.* Carpz. *p.* 1. *C.* 1. *D.* 18. infamibus inſuper omnes dignitatũ portæ occluſæ ſunt. *l. 2. ubi Cujac. C. de dignit. lib. 12. pr. ff. ad L. jul. de vi priv.* Notandũ tamen, atroci pœnâ judicis arbitrio, utraque maxillâ comedentem, plectendum eſſe, quinimo infamem effici debere. *Lud. ab Aſſu. deciſ. Lucen. 16. n. 6.*

XXII.

Finem Advocatorum ſi perpendimus, is partim publicus eſt, partim privatus: dicuntur *n. in l.* 14. *C. de Adv. div. judicior.* illi, qui ambigua cauſarum fata dirimunt, ſuæque defenſionis viribus publicis ac privatis in rebus lapſa erigunt, fatigata reparant, quique humano generi non minùs, quàm ſi præliis atque vulneribus patriam parentesque ſalvarent, provident. *Weſenb. in π. C. d. t. nu. 4. In l. 4. C. de Adv. div. judic.* dicitur, vitæ hominum valde neceſſarium Advocationis officium eſſe, ratio, ne imperitis via juris præcludatur, atque ut peritiſſimi propriam cauſam per alios agere poſſint, cum ſuâ in cauſâ quis facilè conſternatur, voce vel mente deficiat, & minùs quis affectibus temperare poſſit in ſuâ, quàm in alienâ cauſâ. *Don. lib. 18. c. 13. lit. j.* Anacletus Papa Advocati munus artem laudabilem vocat. *c. quia Epiſcopus. 5. q. 3. vid.* Cic. *in ſomn. ſcip.*

XXIII.

Quod ſi effectum cognocere cupim'; eſt is duplex: internus & externus. Internum quod attinet, experientia quotidiana teſtatur, 1. ea, quæ Advocati allegant præſentibus iis, quorum causâ agitur, perinde, ac ſi ab ipſis litium Dominis proferrentur, habenda eſſe. *l. 1. C. de error. Advoc.* ideoque, ſi intra triduum proximum litigator, in cuius præſentiâ Advocatus cauſam egit, dictis Advocati non contradicat, poſtque ſententiam,

erroris ab Advocato perpetrati gravatus iſicò appellet, ne quidem ex Principis reſcriptis cauſa retractanda eſt. *l. ult. d. t. 2.* Advocato conſuetudine, legum interpretem exiſtentem, allegauti fides habenda eſt, & maximè, ſi fiat ſuper conſuetudine Curiæ vel loci, quo in verſatur. *arg. l. 9. §. 1. C. de. teſtib.* Externus in actionibus, quas Advocati pro ſalario promerito contra Clientes habent, conſiſtit, & eſt prima actio locati. *l. 38. ff. de locat. l. 7. ff. mandati.* Secunda condictio certi, cum ſc. promiſſio facta eſt ſub ſtipulatione ad certum quid, puta centum. *Inſt. pr. de V. O.* Tertia actio ex ſtipulatu, ſi incertum quid promiſſum, *eod. tit. & tr.* Tandem, ſi nihil penitus promiſſum inter Advocatum & Clientem fuit, judicis officium implorandum eſt, qui pro eruditione & facundiâ ut & pro conſuetudine fori ſalarium æſtimet. *l. 1. §. 10. ff. de var. & extraord. cogn.* ſimiliter pro quantitate cauſæ & negotiorum. *Gail. lib. 1. obſ. 44. n. 3. Schneidvv. §. fin. inſt. de Mandat. n. 5. & 6.*

XXIV.

Vocantur itaque Advocatorum præmia non tantùm ſalaria, ſed & palmaria. Honorarium dicitur, non merx; Scientia ſiquidem precio nunquam venit æſtimanda. *l. 1. §. 5. & 10. ff. de var. & extr. cognit.* Salarium, quòd etiam Advocato propter infirmitatem ab exercitio adimplendo impedito debetur. *l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Nicol. Carbon, in ſuâ praxi practic. cap. 8. n. 11. lib. 3.* à ſale, vitæ hominum neceſſario, & palmarium ab eo dicitur, quod poſt victoriam ejus nomine præſtatur. *l. 1. & 12. ff. d. t.* Salaria hæc taxationi judicis ſubjecta ſunt, *Magnif. Dn. Ben. Carpz. p. 1. C. 31. D. 11. Ord. Torg. de anno 1583. tit.* von *Advoc.* und *procur. Ord. proceſſ. jud tit. 36. §.* zum dritten der Advocaten Belohnung ꝛc. permiſſum autem eſt advocatis petere & accipere honorarium, quò maiorem curam impendant officio ſuo, modicum tamen eſſe & maximâ quoque causâ centum aureos excedere non debet. *l. ſi ſub ſpecie 3. C. de poſtul. Matth. Weſenb. in C. tit. de Adv. div. j. n. 4. Matth. Berl. p. 1. Concl. 9 n. 74. Ord. pol. Sax. de anno 12.* Si enim immoderatum ſalarium à partibus extorſerunt, ad reſtitutionem tenentur. *per. Ala. de Adv. Chriſt. p. 1. q. 10. per tot.* jmprimis verò pauperibus gratis patrocinium præſtare debent. *Felin. ad c. 1. & 2 de offic. jud. Tiraq. de Nobil. c. 59.*

Caccial

Digitized by Google

Caccial. de offic. Adv. q. 3. n. 5. vid. Gail. lib. 1. obſ. 43. n. 11. & Schn. inſtit. de. Action. §. tripli. n. 9. jaſ. in §. tripli. n. 55. inſtit. de Action. Caccialup. de Adv. q. 3. Ruland. de Comm. *lib. 6. c. 13. n. 7. Hartm. Piſt. lib. 1. q. 20. num. ult. Covar. pr. qq.* 46. Hoc non facientes vocât *d. Gail. n.* 10. *d. t.* cum Jaſone excoriatores pauperum, canes curiarum & devoratores civium, nil niſi burſam hydropicam curantes; Ab officio ergo removendi ſunt *Menoch. de arbitr. iud quæſt. caſ. 369. n. 3. & 4. cent.* 4. *lib.* 2. Hodie verò pauperibus, ſi Advocato indigeant, ſumptus ex publico, quatenus aliter illi juramentum paupertatis, (quod tamen non calumnioſè aut ſophiſticè, ſed ſimpliciter ſecundum communem ſenſum intelligendum; quandoquidem Deus, qui conſcientiæ teſtis eſt, illud ſic accipit, ſicut ille, cui juratur, intelligit, ſc. ſi ab eius intellectu etiam calumnia abſit) præſtent, ſuppeditantur. Churf. Sächſ. R. P. und G. Ord. *p. 4. tit.* 1. & appellation Ord. *tit.* von den Advocaten der Armen / quorum juramentum ſolitum præſtò eſt: Ich N. N. ſchwere / daß ich ſo arm ſey / auch an fahrend- und liegenden Gütern oder Schulden nicht vermag / die Canzley-Gebühr zuerlegen / noch einen Advocaten zu beſolden / daß ich auch üm Leiſtung willen dieſes Eydes mein Gut und Habe nicht veruſſert noch andern übergeben habe / treulich und ohne Gefehrde / als mir GOtt helffe' Ejusmodi mos etiam ſanctè ſervatur in Cam. jmperiali, ubi non tantùm ex Cancellariâ gratîs expediuntur, ſed & nuncii executionem gratis facere tenentur, hâc tamen cum conditione, vt, ſi victores exiſtant, eiuſmodi ſumptus tunc demum refundant, *Ord. Cam. p. 1. tit.* 19. ubi etiam inter alia ordinationis verba §. Daß auch ꝛc. hæc ſubſequentia clarè habentur: Auff daß auch niemand armuths halben rechtloß gelaſſen werde / ſo ſoll der Cammer-Richter / ſo zur Zeit ſeyn wird / die Sachen deß Armen / die jhrer Armuth Uhrkund und Anzeigung bringen / und einen Armuths-Eyd / voran-geſetzter maſſen / abſtatten / den Advoc. und Proc. ihnen darinne zu rathen / und zum beſten im Rechten fürzubringen / befehlen. Und welchem Adv oder Procur. alſo ſolche Sachen anbefohlen werden / der ſoll ſchuldig und verpflichtet ſeyn / bey der peen, Entſetzung ſeines Ambts / die ohne Wiederrede anzunehmen / und mit nicht wenigerm Fleiß / dann anderer ſeiner Partheyen Sachen

zu handeln und fürzubringen/ dieſelben auch keinem andern procuratorn zu übergeben oder auffzuhencken. Doch ſollen ſolche der Armen Partheyen Sachen unter die Advoc. und procur. zugleich getheilt/ und in denſelben ſolche Ordn. fürgenommen und gehalten werden / daß keiner vor dem andern mit denſelben damit beſchweret werde. Oberhofger. Ord. zu Leipzig. *de anno* 1549. Hofger. Ord. zu Wittenb. *de anno* 1550. *Matth. Berl. p.* 1. *concl.* 7. 87. *& ſeqq.* Ita Domini Scabini Lipſ. in cauſâ Caſp. Alemans zu Magdeb. Menſe Dec. Anno 1600. pronunciârũt, verb. ſent. daß gedachtem N.N. wofern er eydlichen erhalten würde/ daß er in allem ſeinem Vermögen nicht ſo viel habe / davon er einen Advocaten halten könte / Ambts und Gerichtswegen ein Advocat billich zugeordnet wird/ V.R.W. Aliàs Advocati patrocinium gratiis præſtare non tenentur. *Nicol. Boër. deciſ.* 210. *n.*4. *Andr. Gail. obſ.*151. *n.*20. Advocatorũ avaritiã & procuratorũ αἰσχροκερδίαν, quibus obligantium marſupia miſerrimè exenterantur, manifeſtè arguunt *Cuj. lib.* 8. *obſ.*31. *Sich. ad l. litem* 15. *n.*1. *C. de procurat.* dum ſcribunt: protervi & lucripedæ Cauſidici lupis voraciores, docti legumque tyranni, crudeliores corvis, qui cum non, niſi funus extincti lacerent, iſti vivos ſcalpunt, animamque ſugunt, nec miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo. *Greg. Thol. lib.*49. *Syntag. c.* 8. *n.* 11. *Cuj. lib.*4. *obſ. ult. Cagnol. in rep. l.* 2. *§. poſt originem. n.*213. *de O.* j. *Hering. tr. de fidei. c.*7. *n.*598. *Frid. Mind. in ep. dedic. lib.* 1. *de proc. ext. §. & partes.* Hi ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſcreti adverſus juſtitiam, eruditi pro falſitate, qui ſapientes ſunt, ut faciant malum, eloquentes, ut veritatem impugnent. Hi ſunt, qui inſtruunt eos, à quibus fuerunt inſtruendi, aſtruunt non comperta, ſed ſuas ſtruunt calumnias innocentiæ, deſtruunt veritatis ſimplicitatem & obſtruunt judicii vias. *Setzer lib.*3. *de juram. c.* 3. *n.* 83. *Arniſ.* 1. *pol. c.*18. *Aymon, Cravetta tr. de antiq. temp. part.* 1. *in fin. nu.*42. Advocati nonnulli aviditatem lucrandi produnt in ſcriptis & atteſtatis, quæ ſæpe adeò longâ verborum farragine protrahuntur, ut à Cliente, magno & longo foliorum viſo apparatu maximum putante laborem, maius ob id exigant emolumentum, & ſcriptori majorem lucrandi cauſam præbeant. *Magnif. Dn. B. Carpz. p.* 1. *c.* 1. *d.* 19. *n.* 1. *Rutg. Ruland.*

in tr.

Digitized by Google

in tr. de comm. p. 1. lib. 2. c. 20. n. 2. Nonnunquam Advocatus & Medicus à ſagacibus ſponte dantibus pinguius ſalarium, ad inſtinctum illius, accippe, dum dolet accipere poſſunt. Dum enim cauſa ventilatur & infirmus ægrotat, tunc, ſuadente Nevizan. accipiendum eſt. Ægroto quandoquidem reſtaurato & cauſâ concordatâ, ſolvere nil curant. *Rip. in Tr. de peſte. chart. gl. in fin. col. 2. n. 25.*

XXV.

Quæ & qualia Advocatorum privilegia ſint, ex ſubſequentibus apparet, 1. enim Advocati ab omnibus ferè oneribus & muneribus perſonalibus immunes ſunt. *l. 6. 7. C. de Adv. div. judicior.* qui enim ſuis conſiliis ſuisque laboribus toti terrarum orbi diu noctuque laborant, quare non dignam ſuâ prærogativâ fortunam habeant. *l. 3. §. fin. C. de quadrienn. præſcript.* Unde noſtris etiam moribus nullum perſonale munus ſubire coguntur. 2. ſi propriis in cauſis litigent, ſportulas non perſolvunt. *l. 7. §. fin. C. de Adv. div. juditum.* 3. Filiusfam. Si quid acquirat ut Advocatus, in eo jus q. caſtrenſis peculii conſequitur. *l.* 4. 8. *C. de Adv. div. judicior.* ita, ut poſt mortem in collationem id non veniat. *d. l.* 4. *&* 8. 4. Acta Clientum, donec ipſis de Salario propter expenſas factas ſatisfiat, retinere poſſunt. *Matth. Coler. de proc. exec. p. 1. cap. 2. n. 284. facit l. colonus. 12. ubi gl. ff. de vi & vi armatâ. Gail lib. 2. obſ. 12. nu. 5.* niſi reip. interſit, acta exhiberi: Nec n. jus retentionis alteri nocere debet, potioremque publicæ utilitatis, quâ privatæ cauſam ſemper eſſe oportet. *l. ita vulneratus. 51. §. ult. ubi Gothofr. in verb. utilitatem. ff. ad L. Aquil. Ita Domini Scab. Lipſ. in causâ Ioh: Vlmans* zu Döbeln. *M. Mart. Anno 1522. pronunciârunt*: Hat gedachter O. H. P. wegen deß eingenommenen Geleits keine gewiſſe Beſtallūg mit euch auffgerichtet/ nichts deſtoweniger aber Verheiſſung gethan / ſich gegen euch alſo zu erzeigen/ daß ihr mit ihm zu frieden ſeyn ſollet ꝛc. So iſt er ſolcher Verſprechung nachzukommen / und ſich nochmals mit euch zu vergleichen ſchuldig. Ihr ſeyd aber die zu oberwehnten Geleitsſachen gehörig und bey euch verhandene Acta ihme vorzuenthalten / und euch des juris retentionis zugebrauchen/ geſtalten Sachen nach/ weil man derſelben des offenen Geleites wegen benötigt iſt/ nicht befugt/ V. R. W. In cōcurſu tn: creditorum nullam præ-

lam prærogativam habent; Nullus quippe creditor jure Civ. niſi vel per legis vel ſui ipſius proviſionem, niſi expreſsè præ aliis creditoribus cautum ſit, præfertur. *tot. tit ff. qui pot. in pign.* Adhæc, quod in lege non cavetur, in practicâ non habetur. *Herm. Piſtor. lib. 2. q. 3. n. 36. in fin.*

XXVI.

Depoſitum Advocationis officium, (facultatis atque voluntatis namque liberæ Advocati munus & officium deponere, cum velis, eſt,) dignitates clariſſimatus ſubſequuntur *l. 1. C. de Adv. div. judicum*: permulti namque non rarò virtute praxeos ex pulvere q. ad maxima honorum culmina evecti ſunt, exque practico vir omnigenæ conditionis efformandus eſt. Cogitent ergo Advocati, quoties litigant, toties ſe in diſcrimen vocari famæ, exiſtimationis, fortunarum. *M. Iacq. Faye. la 6. remonſtr. p.* 227. Et perditiſſima ſecundum Cic. eſt ratio, diligere formã, negligere famam. *lib. 4. ad Herenn.* Eſt namque fama bona & recta exiſtimatio pro magno atque adeò inæſtimabili bono à Sapientibus ſemper judicata. *Marq. Freher. de exiſtim. lib. 2. c. 1. n. 2. & ſeqq.*

XXVII.

Eorum filii, dummodo, idonei, cœteris anteferuntur. *l. 13. C. de Adv. div. judicior. & l. 3. & 5. de Adv. div. judicum*, gratìsq; recipiuntur. *d. l. 3. §. 5. & l. 5. §. 7. l. 7. d. t.*

XXIIX.

Et hæc privilegia conceſſa ſunt iis ex liberalitate principis. *l. 5. & l. 13. in fin. C. de Adv. div. iudicior.* ob Advocatorum ſtudia, quibus reverentia debetur. *d. l. 5.* ob bene merita de rep. & de genere humano, cui ſuis laboribus præſunt. *l. 14. C. de Adv. div. iudicior.*

XXIX.

Pœna contra violatores Advocatorũ conſtituta eſt quinquaginta (in quibusdam editionibus perperam 15. libræ repoſitæ ſunt: membranæ n. diſertè L. deſignant) librarum auri. *l. 6. C. de Adv. div. judicior.*

XXX.

Advocati eſſe deſinunt, 1. per renunciationem Clientum vel ipſo-

Digitized by Google

vel ipſorum hæredum. 2 per remotionem ab officio, quæ fit, quãdo ipſis foro vel Advocatione interdicitur. *l.5.7.C.de poſtul.* Quando autem officio non rectè funguntur, ut decet, tunc pro delicti gravitate dictum in modum puniuntur, idque fit, vel in perpetuum, vel ad tempus *l.1.l.8.C.d.t.* Inprimis coërcitione digni ſunt, qui ſubditos contra Magiſtratũ ſuum concitant, vel reſiſtentes defendunt. *Ord. Torg. de anno 1583. Tit* von *Adv.* und *proc.verſ.* die Unterthanẽ wider die Obrigkeit ꝛc. Si verò juſta ſubditis cauſa eſt, patrociniũ illis Advocati ullo ſine impedimento contra Magiſtratum, præſtare poſſunt, nec jura Civitatis amittunt, nec pœnam incurrunt. *d.l.& Bald. in l. quoniam judices. 21. C.de Appellat.n.2 e.g.* ſi quis eorum contra Acta aliquid neget, *Magn.Dn.B.Carpz.lib.3.Reſp.5.n.38.*& partes ad negandum, auß allen beyden Faſſen/inſtruat. *Ioh. Pet. Ala. in tr.de Advoc. & cauſ. Chriſt.p.1.q.12.Gl.in l. ex eâ cauſa in verb. ex ea. ff. de poſtul.* Advocatum nimiũ verboſum â judice repelli & poſtulando ei interdici poſſe, ait. Bodinus *lib.5. de rep. c.1.* refert: Ferdinandum ideò non miſiſſe Advocatos in jndiam, ne litium ſemina mitterentur, & non raro dixiſſe: Ubi deſunt Advocati, ibi etiam litigia deficiũt. Sed tollatur abuſus, & maneat rei verus uſus. Morte, quę omnia ſolvit, *§.deinceps in auth.C.de Nupt.* tandem Advocatio extinguitur. Advocati ergò omnes cogitationes in Deum dirigere, *Ioh. petr. Ala.tr.de Adv.& cauſ.Chriſt.p.1.q.98.*& ſemper & uſque illius Servatoris noſtri dicti, quod omnium actionum humanarum Cynoſura ac norma in totâ hac vitâ eſſe debet, nõ immemores eſſe debent: quæcunq; vultis, ut faciant vobis homines &c. *l.it.filius ff.de condit.jnſt.* quę facta lædunt pietatẽ, exiſtimationem &c. ut &, quod rationem reddituri ſint tempore terribilis Omnipotentis Dei judicii futuri &c. *Ordelaph.ad l.fin. n.67.de R.V.* & Chriſtus ipſe: Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus, quam Phariſæorum, h.e. legiſtarum & juriſperitorum, non intrabitis in regn. Cœlorum. *Matth. 5.* Quilibet probè curet, ne pudorem aut metum ipſi incutere poſſint, maledictiones vel narratiunculæ, qualis eſt illa, quæ de grege porcorum proditur, quos, cum ſubulculus multùm elaborâſſet, ut ageret in ſuile, indignatum exclamaſſe: Eatis tandem in hoc ſtabulum, ſicut procuratores & Advocati in infernum: Tùm

D & con-

Digitized by Google

& continuò gregatim omnes introiviſſe. Quo dicto *Ioh. Pet. Alatr. de Advoc. & cauſ. pr. exhort. 3.* ait, ſe tanto ſtupore percuſſum memorat, ut Advocationem relinquere voluerit &c. Diligenter ſecum Advocati perpendant id, quod afflictiſſimus *Hiob. cap. 16. verſ. 34.* candidè monet, dum graviſſimam dorophagorum & litivoracium pœnam ſtatuit, ſic inquiens: jgnis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt, ſc. contra juſtitiam: eorum n. habitationes conſumet ignis hoſtium. *Ioh. Bugenh. Pom. in Comm. ad Hiob. l. 3. & 6. §. 2. ad L. jul. rep. c. non licet. 69. cauſ. 11. q. 3. Harprecht ad §. jt. Lex Cornelia 7. n. 10 jnſt. de publ. jud.* & tunc vulgare proverb. wer wol ſchmiert / der fähret / in nihilum planè rediget. Semper ergo Advocatis & procurat. cauſas Clientum agentibus ob oculos verſetur epigraphe, jlluſtri Dicaſterio à Philippo II. Duce Pomeraniæ Sedini fundato, inſcripta; ibi namque, ut & Lipſiæ, (ubi in curia ſuper loco judicii, über der Richterſtube / ſimilia videri poterunt,) omnes & ſinguli admonentur, vt ſementem litium meſſis ſuæ causâ lõgam facere & protrahere lucri gratiâ proceſſus nolint,) ſed pacifici potius concordiam inter litigantes ſancire ſtudeāt. jd quòd ut præſtetur, ante limen iſtius oſtii unà cum Clientib. ſuis calumniam, fraudem, dolum, malevolentiam & mendaciũ exuere eos decere, veritatem verò, candorem, animum æquũ, modeſtiam, patientiam, comites ſibi adjungere. Nam, qui ſecus faxit, ſibi malum cudet, & voto ſuo miſerè fruſtrabitur. Pœnæ n. malis conſtitutæ ſunt, boni verò, ut paſſim, ita hîc quoque laudem & præmia ſua nunc & olim certò, certiùs, ipſo regio approbante pſalmiſtâ *Pſ. 15. verſ. 5.* invenient. Concludo itaque, rivosque, poſtquam prata ſatis biberunt, cum Advocatorũ Patronorumque Summo, (cujus verba nõ immeritò hîc apponuntur: MUNDIS OMNIA MUNDA SUNT,) hac vice ſic claudo:

Judicabit judices judex generalis,
neque quicquam poterit dignitas papalis,
ſive ſit Epiſcopus, ſive Cardinalis.
Reus condemnabitur, nec dicetur, qualis?
jbi nihil proderit quicquam allegare,
neque quid excipere, neque replicare.
Nec ad Apoſtolicam ſedem appellare,

neque

Digitized by Google

neque Codicillos Cæſaris citare.
Reus condemnabitur, nec dicetur, quare?
Cogitate, miſeri, qui & quales eſtis,
quid in hoc judicio dicere poteſtis?
Hîc non erit Codici locus, nec Digeſtis,
idem erit Dominus judex, Actor, Teſtis.

ADDITAMENTA.

I.

EST quæſtio, quid ſtatuendum, ſi quis in poſſeſſorio bonam cauſam foveat, malam verò in petitorio, an Advocatus ei in illâ adeſſe poſſit, dum in hâc non agitur. Nos affirmamus, Advocatum ipſi licitè adeſſe: judex namque illo in poſſeſſionis caſu reum rectè tuetur. Itaque, non malè rebus ſic ſtantibus, Advocatus conſulit, quia cauſæ diverſæ habentur, altera nim. de poſſeſſione, altera de proprietate. *l.35.de acquir.poſſ. l. 3.C.de interd.* Et ſic Advocatus adſiſtit, non cooperatur ſuo Clienti poſitivè, docendo modum, quo poſſit Adverſarium injuſtè vexare, ſed ſaltem permiſſivè.

II.

An quis poſſit eſſe Advocatus Hæretici, vel Banniti? quod minimè concedimus, ob ſuſpicionum copiam. Diſtinguendum tamē eſt in cauſâ poſterioris, an de ipsâ proſcriptionis cauſâ agatur, an v. de aliis cauſis, ſi quæ fortè controverſiæ contra bannitum moveri poſſint. jn Illis cauſis aliquis Advocatus eſſe nequit; jn his verò omnino licitum eſt bannitum defendere, cum præſertim ipſe præſens in judicio comparere nō poſſit. *Bachov. in not. ad Treut. vol. 1. D. 8.θ 7. lit. G.*

III.

An Vaſallus Advocatus contra Dominum eſſe poſſit? hoc negatur, propter reverentiam, quam Domino debet, & quidē, reſpectu fidelitatis juratam, *2.Feud.6.7. 22. & 23. Gali.lib.2.obſ. 88.n.5.d.t.*

IV.

An Nobilis ſine dedecore Advocatus eſſe poſſit? Nos ſtatuimus, quòd ſic. *p.l.6.§.5.C.de poſtul.l. 14. C. de Adv.div.judicior.*

jta tamen, ut, ſi ad turpe compendum ſtipemque deformem eo munere abutatur, iterum locus degradationi eſſe poſſit. *Valer. Max.* inter Scriptores Romanos vel receptiſſimus vel maximè authenticus, M. Ciceronem forenſi militiâ ſummos honores ampliſſimumque dignitatis locum adeptum fuiſſe, memoriæ proditum reliquit. *lib.* 8. *c.* 5.

V.

An Sceptra & clavum reip. vel aliam conſultandi ſpartam decenter & legitimè gubernare poſſit, qui nullā fori & praxeos notitiam habuerit? Nos negamus: qui namque practicus non exiſtit: ad gubernandum planè inhabilis habetur, ratio, quia Theoria ſine praxi, quæ optima L.L. intellectrix, ſecundum Schrad. *vol.* 1. *conſ.* 3. *n.* 220. *Bald. in c.* 1. *pr. verb. & ideò, quando feud. ſine culpa non amitti.* & ſcientia digeſtiva, planè ſterilis, imò ceu campana ſine piſtillo eſt. Theoria ergo ſine praxi digeſtam ſolidamque juris cognitionem, ut Cl. Beſoldi aliorumq; JCtorum verbis vtar, præſtare nequit: praxis absque Theoriâ maximè periculoſa, & manca evadit. *Arius Pinell. ad l.* 2. *C. de Reſcind. vend. part.* 2. *c.* 4. *n.* 2. & ut unico q. verbo dicam, qui non eſt vel fuit practicus, ad gubernandum planè inhabilis eſt. *Adam Keller. lib.* 1. *de off. jur. pol. c.* 27.

VI.

An juris ſtudioſo probè conſultum ſit, ut ſtatim ab initio cum theoriâ & LL. acroaſi praxin ipſiſſimam coniungat, ſimulq; in ſcholis & foro addiſcat? *Arnold de Reyger in proceſſu ſuo judiciario Corollariis diſputationi primæ ſubnexis, quæſt.* 2. hunc auſum planè improbat, ex hiſce forſitan fundamentis, nim. quòd cauſa ſemper prior effectu eſſe debeat, nemoque exercere poſſit, quod antea non didicerit, itemque, quòd vtraque ſolum hominē, ne pluribus intentus minor ad ſingula ſenſus ſit, requirat, ac ipſe Vlp. *in l. moris eſt.* 9. §. *nonnunquam.* olim dixerit, ſolere ſine infamiâ ſtudioſis juris, ne ſemet fori negotiis immiſceant & accommodēt, interdici, *de pœnis. At Thom. Frig. Prof. Baſil. Praxiarchâ inſignis* affirmativā ſentētiam amplectitur, ſtatuitque

itque

itq, cum Ant. Maſsâ, JCto Rom. quod praxis unà cum Theoriâ addiſcenda ſit, & ſtudioſus juris, quoad eius fieri poſſit, occaſionem quærere debeat, quò ex Clari alicuius viri, quem q. Spectator cauſarum accedat, conſuetudine vniverſalia juris præcepta ad particulares negotiorum ſpecies deducere, diſcere debeat. Quandoquidem is, cui juriſprudentia in ſtudio eſt, præcepta licet ſuæ artis omnia ad unguem teneat; vſum tamen artis ſi ignoret, & Theoremata caſibus applicare, factorumq; ſpecies ſingulares ad præcepta vniverſalia accommodare niſi nôrit, perfectum jurisprudentiæ habitum ne vnquam quidem conſequi poterit, ſed cumprimis neceſſarium erit, ut juris ſcientiam in foro, judiciis & conſiliis exercuerit, quum abſurdum videatur, Doctorem modo à ſcribis addiſcere debere. Qui propterea ſine forenſi diſciplinâ juris ſcientiam ſe adeptos arbitrantur, planè conſimiles ſunt iis, qui ſe ipſos in palæſtrâ ſemper exercuerunt, nullas tamen acies unquam viderunt, nulloſque militiæ labores tulerunt. *Bodin. Meth. hiſt. præf. p. 6.* jn ſummâ, qui ad forum citò ſemet parant Germanicum, ſuos filios, experientiâ ipsâ teſte, poſtquam IV. jnſt. lib. abſolverunt, Cancellariis Principum, Prælatorum, Comitum atque Civitatum &c. deſtinant, ut ſcribere diſcant, quotidianaque negotia experiantur, crebrâ in rep. adminiſtratione ac mores inſuper, ſtylum & conſuetudines obſervent. Quidam eos ad Imp. Cam. mittunt, Advocatorum procuratorumve fidei cõcredentes, ut proceſſum juris atque alia ad praxin juridicam neceſſaria, imbibant, eosdem verò poſtmodum rurſus ad ſtudia ablegant, ut, quæ deinceps ex pandectis & aliis juridici corporis libris audituri ſunt, meliùs intelligant, & quòd ita in ſcholis amplius deglutiunt, ipſi q. ſtatim & per ſe dirigere queant.

VII.

An Arma Legibus an verò Leges Armis præferri debeant, ſeu, utrum virtus togata, an autem bellica præſtantior ſit? Nonnulli, inter quos Lipſius Heros, uti 5. *polit.* 2. inveſtigari poteſt, extat, à virtutis bellicæ partibus ſtare videtur. Nos autem votum noſtrum togatæ & legibus damus, tum, quòd hæ

abſolutè neceſſariæ ſunt, tum, quòd arma quoque & bella ad pacem, tanquam finem præſtantiorē tendunt. *Keckerm. lib. 1. c. 29. polit. Vngeb. inſt. quæſt. 7. Val. Max. lit. 2. c. 4. & Ludvvel. inſt. Diſp. 1.* præcipuè verò, quia ipſe *Cic. 1. off.* aliis rationibus hanc ſubſequentem ſuperaddit, inquiens; parùm prodeſſe foris arma, niſi ſit conſilium domi, i. e bella haud ſanè feliciter foris geruntur, niſi ſedatis domi diſcordiis civilibus, & concordiâ inter domeſticos procuratâ plantataque. Et alibi: minuendam videlicet eſſe illorum opinionem, qui arbitrantur, res bellicas maiores eſſe, quàm ſint urbanæ, h. e. Advocationes. Hinc & ille Græcorum Dux Agamemnon non optâſſe, ut decem non Ajacis bellicoſi, ſed Neſtoris Sapientis & eloquentis ſimiles haberet, & brevi ſe potiturum Trojâ, dixiſſe dicitur. *Cic. in Cat. Mai.* Vt ita ſuo jure meritoque laudentur Lacedæmonii, quòd tales ſemper bellorum Duces eligere ſoliti fuerint, qui non ſolùm fortes eſſent ad præliandum, verùm etiam callidis conſiliis adverſus hoſtem vti ſcirent, præclariùs videlicet exiſtimantes eſſe, hoſtem ingenio citra ſanguinis profuſionem deijcere, quàm pugnâ plerumque utrimque cruentâ. Magnus ille Epirotarum Rex Pyrrus, multarum urbium gentiumque victor de Cineâ Oratore Theſſalo dixiſſe ſolitus legitur, quod videlicet Oratione ſuâ plures urbes, quàm ipſe cepiſſet armis, ſubegerit. *Eraſm. lib. 5. apophteg.* Alphonſus, Arragonum Rex Sapientiſſimus, quibusdam percunctantibus, utri rei plus deberet, armis, an libris ex libris reſpondit, & arma didici. Quâ voce omnia ſe debere libris profeſſus eſt. Jul. Cæſ. Auguſtus, Adrianus, M. Antoninus, aliique priſci Romanorum Imperatores, immò Philippus & Alex. Maced. Reges ſine hâc literarum ſuppellectile vix ſe principes hominesque cenſuerunt. Neque aliàs tam viribus, quàm ingenio, tam robore corporum, quàm ſagacitate animorū, quàm prudentiâ & conſiliis & ſtratagematibus, maxima belli confici ſolita abundantiſſimè demonſtrat tota Romanorum & Græcorum hiſtoria. Apud quos, quicunque fuerunt Imperatores optimi & in bellis Clariſſimi, ij ſemper fuerunt ſapientiæ laude inſignes, & vel ipſi in literarum ſtudiis egregiè verſati, vel hominum doctorum conſuetudine admodum delectati.

Digitized by Google

lectati. Cujus teſtes ſunt Græcorum illi, Themiſtocles, Epaminondæ, Pericles, Phociones, Thucidides, Xenophontes: Romanorum Scipiones, Fabii Maximi, Pauli Æmilii, Luculli, Troiani, Cai, Taciti &c quorum alii viris doctiſſimis ita familiariter uſi ſunt, ut eos omnium ſuorum præliorum & expeditionum habuerint Comites, eorumque potiſſimùm conſilio res difficillimas ſuſceperint & confecerint, alii per ſe ſummâ eruditionis laude præſtantes rerum à ſe geſtarum memoriam doctiſſimè mandârunt literis fideliterque tradiderunt poſteris.

VIII.

An Advocatus, qui; viſis & cognitis Clientuli ſui documentis & probationibus, videt ſentitque, illum juſtam cauſam non fovere, reſtitutâ mercede acceptâ, in adverſam partem ſecedere, & cauſam adverſarii juſtiorem defendendam absque notâ & pœnâ prævaricationis ſuſcipere poſſit? Nos cum *Andr. Alciat. in l. prævaricatores. 212. nu. 3. ff. de verb. ſignif.* negativam ſtatuimus, exiſtimantes, eum Advocatum, qui, viſis alicujus juribus, adverſæ parti acceſſit, cum priori renunciaſſet, prævaricatorem minimè eſſe: cauſam etenim nequaquam prodit, qui apertè advocaturum ſe negavit; Meliùs tamē agit, ſi Clienti ſuo patrocinium ob minùs juſtam causam denegat, nō tamen adverſarium adjuvat. *l. 1. §. 6. ad L. Corn. de falſ. l. ſi quis aliquid. 35. §. ſi quis inſtrumenta. 8. ff de pœn. Franc. Marc. deciſ. 646. n. 3.*

TANTUM.

Præcellenti Dn. Reſpondenti, amico meo honorando & dilecto.

ADvocat egregiè, pietas cui candida cura eſt;
Qui leges animo Iuraque ſacra tenet.
Talem ut Te præſtes, fauſto conamine ſudas;
Gaudeo, ſucceſſus, quos petis ipſe, precans!

Scribebam gratulabundus

Johannes Schmidt, SS. Theol. Doct. Prof. Ordin. & Conventus Eccleſiaſtici Præſes.

QUæ ſint, ſub quorum pendent ſolamine cauſæ,
Munia, quæ partes, ritè docere paras.
His cœptis, faciunt quod plures, accino macte!
Sit Tibi Patronus Spiritus ille Dei!

Benevolentiæ causâ per- Eximio Dn. Reſp. f.

Gregorius Biccius U. J. D. & Pand. Prof. Ordin.

Digitized by Google

Ad Pereximium Dn. Candidatum,
Reſpondentem.

S*Anctum* Patroni *nomen olim, nobili*
Virtute plenum, & artibus fætum bonis,
Nec quæſtui, ſed proſpera famæ ſacrum,
Clientibus ſolatium, ac Vrbi decus,
Palæſtra grandis ingeni, ciuilium
Illuſtre ſpecimen munerum, quo Tullius,
Quo Cæſar, & Meſſalla, quo Quiritium
Generoſior pars intulit cœlo caput.
Hæc de Patronis *cultioris ſæculi*
Dum repetis, & vivace ſcribis paginâ,
Dignus Patronis es viris Summatibus,
Dignus beatis eminere in civibus
Boni Clientis & Patroni nomine.

αὐτοσχεδίασμα
J.H.Bœcleri, phil.Fac.h.t.Dec.

CUr imputetur omnibus, quod improba
Quorundam Hirundinum fori patraverit
Cohors? cur audiat Patronus optimus
Malè, genus venale cùm ſerit lites?
Abſit! Tueri jura pauperum Deus
Mandat, Sacrum Flamen nec horruit nomen.
Hoc *Advocati* aſſumere in ſuo Verbo:
Id noveras, Amice, qvando diceres
Cauſſas Clientum Judicis ſub Arbitri
Throno: ſatis politus hiſce Theſibus
Ediſſeris, qvid *Advocatus*. Optimè!
Aſtræa dudum meritum dabit Decus.

Debiti amoris & affectûs ergò officioſa mente
manuque applaud. Tui
M. Joh-Martin Suevi.

Digitized by Google

Ingentis animi ſpecimen eſt, amore virtutis, extra patriam trahi.

ES iſt traun lobens werth/ wañ man ſtracks in der Jugend
Die freyen Künſte liebt/ und mit der theuern Tugend
den ſeinen Sinn vermählt/ ſo wol bey Friedens Zeit/
als auch/ wann hier und dort Bellonen blutger Streit
Sich ſchmertzlich ſpühren läſt: ja/ wann die Unglücks-Wällen
zuſammt dem blaſſen Neyd auß vollem Grimm bebällen
Das ſchwache Hertzens-Schloß. Zwar geht es ſchwerlich zu/
will einer/ ſonder Geld/ erlangen Ehr und Ruh.
Wie Athos dunckel macht deß neben-Berges Rücken/
ſo muß m[illegible]h Götter-Sinn in ſeiner Blüt erſticken/
nachdem er Tag für Tag mit Angſt und Armuth kämpfft/
und böſer Leute ranck ihm offt den Fürſatz dämpfft/
Von mehren ſchweig ich hier. Ihr könnt es ſelbſt bezeugen/
belobter Muſen Sohn/ ihr/ der ihr euch zu eigen
die Tugend löblich macht/ vermittelſt euerm Fleiß/
üm welches willen Euch Aſtræen ſchöner Preiß
nach Würden heut erfolgt. Ein tapferes Gemüthe/
ſagt Seneca, hegt der/ und edeles Geblüte/
Der ob der Tugend lieb ſein liebſtes Vaterland
mit Jaſon was verläſt/ und ſucht der Tugend Pfand.
Wolan/ geehrter Freund/ wil er im Leben bleiben/
auch nachmals/ wenn die Würm jhn in der Grufft zerreiben/
Verleib Er ſich anjetzt gelehrten Büchern ein/
darinne kan er nun und ewig ſicher ſeyn.

Dieſes ſatzte Seinem werthen Freund und
Tiſchgeſellen wolmeinend auff

Johann Wilhelm von Keudel.
Nob. Haſs.

Digitized by Google

Qui Virtutem ſibi reddit Conjugem, æternam pro dote recipit gloriam.

Die Calliope

Auff Begehren der Themis an ihren vielgeliebten Sohn.

So greiff ich/ Liebſter! nun die frohen Seyten an/
Und ſpiele dir ein Lied/ der du zur Wolcken bahn
Dich mehr und mehr erhebſt. Laß hier nach Reichthum lauffen
Den tollen/vollen/Welt-und Geld-ergebnen Hauffen.
Dein Sinn gefällt mir baß/ dieweil er iſt bedacht
auff diß/ was uns alhier den Göttern ähnlich macht/
(die Weißheit wird gemeint). Die Zeit iſt mir zu enge/
Sonſt wolt ich williglich vermelden nach der Länge/
Sohn/ deinen Tugend-fleiß/ der unverwelckt muß ſtehn
biß zu der letzten Gluth im Märckiſchen Atheen,
Woſelbſt der groſſe Gros und Brunmann dir gezeiget/
Wie man faſt Neydes-frey der Tugend-Schloß erſteiget.
Die Edle Leucoris weiß auch von deinem Brauch/
und wie dich hat gehegt der hochgelahrte Strauch.
Was Wien/ was Königsberg und Holland dir gewieſen/
Hat deine Poëſie zum öfftern ſelbſt geprieſen.
Ja/ was Carpzovius, der weitberühmte Man/
Für hohe Gunſten dir in Leipzig angethan/
Iſt vielen wol bewuſt. Nur neulich biſt du kommen
auff dieſen Helicon, da hat dich auffgenommen
der Weiſe Tabor auch/ der Mann/ als deſſen Ruhm
und kluger Schrifften Schaar vorlängſten in dem Thum
Der Ewigkeiten hängt. Mir iſts traun lieb zu hören.
Daß du jetzt unter Ihm in Schrifften hier wilſt lehren/
Was Advocaten ſind/ und klärlich bringen bey/
daß derer Ambt und Stand belobt geweſen ſey
Von Rom* an biß hieher. Es muß das Recht auff Erden
Durch kluge Leut allein mit Fleiß erhalten werden.
Ein jeder hat nicht ſtracks/ nach Wunſche den Verſtand/
daß Er beſchützen mag/ Sich/ ſeine Sach und Land.

* L. Advocati. 14. C. de Advoc. div. jud. L. pen. C. de

Digitized by Google

Ein Mann/der/wie man ſpührt/in Rechten iſt erfahren/
Kan vielen offtermals Leib/ Ehr und Gut bewahren.
Der Mißbrauch ferne ſich. Durch Freüdſchafft/ Haß uñ Geld
wird offt das Recht gehemmt/wie unſer Baldus * meldt.
Geld macht die Weiſen blind/und hilfft/ daß der durchdringet/
der wol zu ſchmieren weiß/ und friſch Geſchencke bringet.
Geld macht/ daß vielmals wird das ſtarcke Recht gebeugt/
und/Wolff und Lamm zugleich an einer Bruſt geſäugt.
Ich ſchließ und fahre fort. Es werden meine Prieſter
dich würdigſt zeichnen an/in meinem Huld-Regiſter/
Wann ich den rothen Schmuck/nach meinem klaren Wort/*
auff deine Haare leg. Indeſſen fahre fort:
Denn/wer den Tugend-Glantz zur wahren Eh' erlanget
derſelb an Mitgiffts ſtatt alſtehts mit Ruhme pranget.

postul. Tiraq. de Nobil. c. 29. n. 12.
Dion Halic. lib. 4.
Plut. & Liv. in Rö. li. 2. & 3. Dec. 1.
*Baldus in Rub. de off. Iud. n. 16. l. 6. §. ult. ff. de off. Proconſ. & leg. l. 6. cod. de poſtuland.
Spec. §. ult. n. 21. de Advoc.
Corn. Tac. lib. 4. Ann.
*L. fin. C. de ſtat. & & imagin.

Seinem viel werth- und geliebten Herrn Tiſchgeſellen
beſchleunigte dieſes zu ſtetswehrenden Ehren

Christoph. Erich von Eiſenach/
der R. Beſl.



Digitized by Google